

AB

58524

1885 A

Ars Excerpendi nova prorsus
ratione exulta,

Sistens

Titulos Philosophicos & Theologicos

ad

EXCERPTA ME- THODICA

conficienda necessarios,

in certas Theses ita distributos,

ut omnes res tam Physicales quam Morales,

tam Politicæ quam Theologicæ,

*de quibus inter homines sermones habentur, sub iis
locum inveniant;*

Naturaliꝝ ordine inter se connexos eum in
finem, ut perlegens ipsos locum uniuscujusque ti-
tuli facillimè memoriæ imprimere, thesibus titulo-
rum in excerptis suis certas paginas tribuere, iis-
demque res notatu dignas absqve tædio

atqve indicis ope subjicere

possit :

Diu à multis eruditione claris viris expectatos
atqꝫ desideratos,

Nunc vero Benevolo Lectorum judicio propositos
Auctore

JOH. FRIDERICO HODANNO.

Additur vita Timoleontis à Corn. Nepote descripta, juxta
Methodum hanc in excerpta redacta.

BRUNSVIGÆ,

Literis HENRICI KESLERI, 1702.



ALIIS ACCIBENDI USAS PTOLOGY
TATIONE EXCITUS

TITULOS PHILIPPOBAPTICOS & THEOLOGICOS

EXCEPPTA ME THODICA

CONFUSIONES NECESARIOS
IN TERRIS TEMPLIS ET MYSERIIS
IN OMNIBUS TERRIS PHILIPPOBAPTICIS
ET THEOLOGICIS
DE DIVERSIS TERRIS POMONIS ET MONASTERIIS
POMONIS IN TERRIS

NATURALE ordinis inter te complexos sunt ut
punctum, ac parallelos quos locum universitatem
et illi secundum memores imponuntur, etiam per extensio
tum in excubitis ipsius certissimas impetrare, nisi
quodammodo tunc ratione diligenter spadecere
stude indicis obi supplice
possit:

Dicitur in multis etiam quoniam sicut expositum
nunc acto generali et generali in his theologiae
ANAGRAMMA

JOH. FREDERICO HODANNO.
HAEC TERRA TERRAM TERRAM TERRAM TERRAM
MAGISTERIUM PONIT IN EXCEPPTA MEA.

BAGANZICÆ
TERRA HENRICI KESTERIÆ 1503.



*Ars Methodicè, juxta titulos in hoc tractatu
traditos, excerptendi breviter de-
scripta.*

Commendant plerumque eloquentiam
in scholis docentes excerptendi studi-
cum, auditoresque suos ad illud sedulo
adhortantur. Varii autem huc usque in-
venti sunt auctores, varias prescribentes Me-
thodos, quibus excerpturis commode uti lice-
at. Inter illos facile excellit Vincentius Plac-
cius in libro de arte excerptandi, quo genera &
præcepta excerptandi ab aliis hucusque tradita
omnia novis accessionibus aucta ordinatâ Me-
thodo exhibentur. Quando is formam inter-
nam sive ordinem excerptandi cap. 2. sect. I. p. 57
considerat, inquit: forma interna sive ordo ex-
cerptandi vel est communis vel proprius. Com-
munis est vel neglectior sive adversarius, unde
Adversaria Excerpta, vel accurrior, isque vel
Alphabeticus, unde *Alphabeticæ Excerptæ* vel
Methodicus, unde *Methodicæ Excerptæ*. Proprius
ordo, qui & alienus dici posset, quando com-
mentando ad aliena scriptæ excerptimus, produ-
cit *Excerptæ Commentaria*. Hæ sunt juxta Plac-
cius præcipue excerptandi Metbodi.

§. 2. Plerique excerptentes utuntur Excer-
ptis Adversariis, pauciores Alphabeticis & Com-
mentariis.

mentariis, paucissimi Methodicis. Hęc enim Methodica Excerpta recte parare omnium est difficultimum; siquidem vel seqvi Methodum ab alio præscriptam debemus, vel ipsi propriam invenire, qvam seqvamur. Neqve tamen eorum tantus est numerus, qvi rationem Methodice excepēdi nobis præscripserint; & si qvi reperiuntur, methodi tamen ab ipsis commendatæ vel admodum sunt imperfectæ vel multis laborant difficultatibus, paucissimosqve habent sectatores. Necesse propterea est, ut qvidam his difficultatibus mederi studeant; & hanc ob causam ipse etiam ausus sum rationem qvandam methodicę excepēdi comminisci, qvam cum iis, qvi se hac in re juvari cupiunt, jam communico.

§.3. Ut vero constet, qvisnam hujus tractatus scopus sit, ex multis, qvæ de eo dici possent, pauca saltem delibabo, ne studium Benevoli Lectoris fatigem. Silitur itaqve hic ratio excepēdi Methodica eum in finem excogitata, ut, qvæ qvis excepere cupiat, sub titulis in certas theses hic redactis posit notare. In ordinatio-ne titulorum multum momenti situm esse indicat Clariss. Tentzelius de titulis excerptorum edendis Placcium monens in den Monath-lichen Unterredungen anni 1689. mense Junio p. 630. ubi sic inquit: Der Excerptir-Schrantz des Herrn Placcii dürfste der Jugend nicht un-dienlich seyn/ wenn nur die Titul erst in Ordnung gebracht wären/ welches ich von dem Herrn Plac-cio noch desiderire. Denn an deren geschickten Disposition ist alles gelegen / und würde er mich und

und andere / die seine Invention gebrauchen wolle-
ten/ sehr obligiren/ wenn er dieselbe je eher je besser
auch an des Tages Licht stellete. Præterea cele-
berrimus Joh. Hoornbeek in prolegomenis
parti priori Theologiæ Practicæ præmissis, e-
ditionis anni 1698. qvæ Francofurti & Lipsiæ
prostat, p. 19. hæc habet verba: super hoc à
variis diu suimus rogati, saltem uti titulos da-
remus Practicæ (Theologiæ) ad qvos , qvæ-
cunqve in isto genere uisu veniunt, vel inter
legendum obseruant , aut meditando vel di-
scendo asseqvuntur , possent referre. Videt
hoc pacto Benevolus Lector, & alios homines
industrios de titulis excerptorum , eorumqve
ordine fuisse sollicitos. Sic etiam labor meus
præcipue in eo consistit , ut naturalem qvan-
dam rationem atqve ordinem adinvenerim,
juxta qvem titulos fere omnes ad excerpta in-
primis oratoria conficienda necessarios con-
nexui.

§. 4. Qvicunqve jam voluerit juxta hanc
Methodum excerpta conficere , solicitus pri-
mo esse debet , ut titulos hic in thesibus non
adeo multis propositos memoria mandet ; ut
sciat, qva thesi qvisqve titulus contineatur. ex.
gr. Si qvid excerptendum sit sub titulis: MEMO-
RIA, CASUS, COECITAS, DIES NATA-
LIS, SENECTUS &c. ut infra à nobis fa-
ctum; scire excerptentem oportet, qvæ thesis
ejusmodi titulos complectatur. Hæc est qva-
si PRIMA REGULA in hac Methodo ob-
servanda. Non adeo difficile autem erit lo-
cum uniuscujusqve tituli memoria infigere,

si quis modo connexionem titulorum horum
recte perpenderit. Sub titulis Philosophicis
continentur res, quae alias in Philosophia tra-
ctari solent: tituli Theologici ob oculos po-
nunt res ad Theologiam pertinentes.

§. 5. Philosophici tituli divisi sunt juxta facul-
tates animæ rationalis, quæ facultates sunt in-
tellectus & voluntas: secundum quas nonnulli
etiam Philosophiam ipsam dispertire amant, di-
centes: Philosophia esse, perficere intellectum
& voluntatem: intellectum autem perficere di-
sciplinas Theoreticas Metaphysicam & Physi-
cam; voluntatem disciplinas Practicas Ethicam
& Politicam. Operationes intellectus præcipue
exhibentur in titulis Philosophicis à thesi 1. usq;
ad §. 11. Cum autem juxta §. 3. intellectus opera-
tio etiam sit contemplatio, placuit hisce thesi-
bus à §. 12. ad 60. subjicere titulos exhibentes eas
res, quæ contemplationis humanæ objecta sunt
& alias ad disciplinas theoreticas pertinent. Sic
tituli ad Metaphysicam spectantes sistuntur §. 12.
de qua disciplinâ cum separatim agere divino
adjuvante Numinе constituerim, nolui hic esse
valde follicitus.

§. 6. In rerum Physicarum campum nos de-
dueunt tituli à §. 13. ad §. 60. positi. Cum autem
res Physicæ omnes sint compositæ, de variis
componendi modis agendum fuit §. 14. Quid
compositio efficiat, explicatur §. 15, 16, 17,
quomodo res formam, quam per compositio-
nem consecuta est, amittat, apparet ex §. 18
seq. Incipio §. 21, enarrare corpora naturalia,

&

& qvidem ago ibi de complexu omnium corporum nempe mundo & de corporibus cœlestibus: §. 22. seq. de elementis, §. 29. de metallis & sic porro de reliquis speciebus corporum naturalium, §. 41. seq. describuntur partes animalium. Porro agitur de quibusdam, quæ accidentur corpori v. gr. de loco §. 54. de motu e loco in locum §. 55. de situ §. 56. de tempore §. 58.

§. 7. Explicatis hac ratione rebus ad contemplationem humanam pertinentibus converto me ad secundam mentis nostræ facultatem, quæ est voluntas. Cum autem velimus, quæ bona sunt, bonumque aliquod studeamus Actionibus acquirere, agendum fuit §. 61. de bono in genere ejusque divisionibus, §. 62, 63. de appetitu, quo in bonum vehimur, §. 64. de actione ipsa, ad quam per appetitum sive affectus excitamur, §. 68. de virtute actionum moderatrice, §. 71. seq. de iis, quæ actiones adjuvent & ad eas impellant, §. 76, 77. de consequentibus actionis.

§. 8. Actiones instituimus, ut bona quædam acquiramus. Bona terrestria præcipua sunt Divitiae, Honores & Voluptates, quæ bona, qui recte appetit & recte administrat, virtutis studiosus esse censendus est. Quomodo jam quis ea debeat appetere & recte administrare sive recte se erga ea gerere, docuimus in tractatu de Imagine Dei, Peccato & Regeneratione. Divitarum mentionem injicit §. 78. Modi acquirendi

divitias enarrantur § 79. inter qvos ditescen-
di modos notanda commercia, de qvibus ut &
de emptione & venditione § 80. ago. Quid
Mathelis conferat ad commercia, item itinera,
judicare licet ex § 82. seq. De virtutibus in com-
merciis obseruandis agitur § 87. 88. de opificiis
& laboribus divitiarum causa institutis § 89. sq.
Qvomodo opes custodiantur, communicentur,
amittentur, perpendendum propono § 99. seq.

§. 9. Secundum bonum. juxta Hypotheses
supra positas est Honor, qvi exstitit ob bonum
qvoddam, qvod homines in nobis animadver-
tunt, ut docetur § 102. Ob bonum illud homi-
nes nos amant & libenter nobiscum conver-
santur ceu docet § 103. In cōversantibus re-
qviruntur juxta § 104. seq. Virtutum homile-
ticarum studium, boni mores, rectus usus sermo-
nis, concordia. Bonum præterea. qvod animad-
vertunt in nobis homines, excitat eos, ut sōcie-
tatem nobiscum colant, aliquando etiam im-
perium deferant, ut significatur § 111. Qvo-
niam vero Honor maximè conspicuus existit in
imperiis, isqve etiam in reliqvis societatibus
superiori exhibendus est: hinc § 113. seq. disse-
ritur de societatibus majoribus & modis remp.
administrandi, deqve alijs rebus politicis, § 121.
de conjugio, in qvo marito uxori honorem exhi-
bere debet, § 124. de societate paterna, § 127. de
familia, § 128. de societate amicorum. Quid ho-
norem seqvatur, occurrit § 130. virtutes circa
honores occupatas exhibit § 131. de privatione
honoris agit § 132.

§. 10. Tertium Bonum terrestre sunt vo-
lupta-

luptates, de qvibus §. 133. Causas ad voluptatum perceptionem nos excitantes, reperimus §. 134. De cibo & potu tanqvm instrumentis Voluptatum agimus §. 135. seq. de virtutibus circa voluptates versantibus §. 139. Sistuntur porro res aliæ voluptatem qvandam homini creantes, ut spectacula, musica §. 140. exercitia corporis §. 141. ludi §. 142. mundities §. 143. vestitus §. 144. domus 145. seq.

§. II. Voluntas deniqve non tantum sollicita est, ut in possessionem bonorum perveniat, sed mala qvoqve à se depellere studet. Quid igitur malum sit, explicandum fuit §. 149. De malis fortunæ agit §. 150, 151. de malis corpori nostro accidentibus sive de morbis §. 152. seq. de malo reliqvis nostris bonis inimico, bello scilicet, & iis, qvæ in bello accidere solent §. 155. Affectus hominum circa mala exhibentur §. 160. virtutes circa ea §. 161. De liberatione solliciti qvid agant, indigitatur §. 162. Transgredior deinde ad mala culpæ enarranda §. 163. Affectus bonorum circa ea perpendo §. 164. Theses seqventes agunt de accusatione, pœnis, condonatione.

§. 12. Quemadmodum hactenus ordinem in titulis Philosophicis à nobis observatum breviter indicavi, ita etiam paucissimis verbis ostendam, qvo ordine titulos Theologicos disposue-
rim. Incepi primum agere de Deo & Trinitate §. 1. deinde de Beatitudine & Bonitate Dei ejus-
que operationibus §. 2. de creatione aliisque o-
peribus, qvorum omnes creaturæ, in primis au-
tem homines participes fiunt §. 3. seq. de statu
integritatis §. 11. de lapsu Adami, & iis, qvæ pec-
iū

A §. 12. titulus Theologicus.



catum secuta sunt §. 12. seq. de morte & novissi-
mis hominis §. 22. seq. de damnatione reprobo-
rum §. 26. de gratiâ peccatoribus exhibitâ §. 27.
de prædestinatione ad vitam æternam §. 28. seq.
de vocatione ad beatitudinem §. 31. de verbo,
per qvod vocatio fit, ejusqve tractatione §. 32. f.
de infidelibus à qvibus per susceptionem verbi
separamur §. 39. de Sacramentis §. 40. seq. de Ec-
clesiâ, in qua Verbum & Sacramentâ proponun-
tur, & iis, qvæ ad ecclesiam pertinent §. 42. f. de
Christo, qvem Deus nostri causa in mundum
misit §. 54. seq. de Conversione hominis §. 60. de
fide §. 63. de potestate clavium §. 64. de statu fe-
licissimo Regeneratorum §. 65. seq. de Renova-
tione & Bonis operibus §. 71. seq. de cruce & af-
flictionibus §. 96. sq. de patientiâ in afflictionibus
observandâ §. 101. de solatiis in adversis §. 102. 103.
§. 13. Repetere hoc pacto volui integrum se-
riem titulorum nostrorum, ut Benevolus Le-
ctor videret, qvomodo cohærent, & qvam
exiguo labore qvis locum titulorum præcipu-
orum, qvem in thesibus habent, menti suæ in-
fingere queat. Eo facilius autem illius recordabi-
tur, qvo sœpius nostras titulorum theses perle-
gerit; qvod non sine jucunditate faciet, qvoniā
brevissimæ hæ theses viam ad omnium rerum co-
gnitionem ipsi pandunt. Sitamen omnino qvis
memoriæ diffidat, poterit sibi parare indicem
Alphabeticum, in qvem titulos nostros referat,
annotareqve ad singulos titulos thesin, qva ti-
tulus evolvendus contineatur. Postqvam de-
mum qvis aliquamdiu hanc artem exercuerit,
cum sibi habitum in evolvendis titulis acqviret,
ut in posterum nullâ indicis ope indigeat. Cui

placuerit theses nostras accurate secum perpendere, si aliquam saltem notitiam disciplinarum, prout vulgo proponuntur, habuerit: procul dubio intelliget, quidnam hoc in tractatu sit praestitum. Etenim non solum hic conspiciet titulos, qui in vulgaribus compendiis Philosophicis & Theologicis traduntur, sed & quam plurimos alios suis locis insertos, de quibus apud scientiarum epitomatores altum est silentium.

§. 14. Tituli Theologici desumpti sunt maximam partem ex Joh. Arndio aliisque libris moralibus sive practicis: quoniam artis homileticæ studiosi ejusmodi libris legendis studium impendere solent ac debent. Ut igitur scirent, quo singularia, quæ legerunt, referre deberent, titulos ex iis desumptos in ordinem quendam redigi. Reprehensionem, ut existimat, non merebitur, quod nonnunquam ob connexionem Adjectiva cum Substantivis, Nomina cum Verbis, casus Rectos cum Obliquis & modos, tempora ac personas verborum inter se in thesibus titulorum commutarim, facileque ipse Benevolus Lector cernet, quomodo tituli separatim sumti commodissime sint efferendi. Multa fortasse possent mutari in titulis Philosophicis, in primis autem in Theologicis: at vero, qui ordinis hic tradito primum adsvererit, haud facile mutationem desiderabit. Vellem, ut viri docti examine quodam dignarentur rem hic propositam, & quæ emendanda putarent, libere monerent, ut res hæc indies perfectior evaderet. Aliqua quidem difficultas excerpturis juxta hanc Methodum fese ob.

objicet; quæ tamen, si semel superata fuerit, subseqvens inde utilitas atq; jucunditas omnem laboris molestiam absterget, atq; ex memoria delebit.

§. 15. Clarissimus Placcius libro supra citato p. III. inquit: conspectus titulorum separatim habendus est ordinatus, ut uno intuitu consuli repetique, prout lubet, possit. Talem conspectum titulorum exhibent theses nostræ, qvarum tam exiguis est numerus, ut facilis negotio legantur, atq; vè repetantur. Neque vero omnes tituli sive omnia rerum vocabula hic exhibentur; id enim infinitum faret, & artem nostram valde obscuraret. Proponit tamen connexionio hæc nostra titulorum locos quasi qvostdam, sub qvibus omnes res & sic etiam omnes tituli possint collocari. Præterea voces in illa connexionione positæ de synonymis ipsarum nos adinonebunt. Nullus hoc pacto titulus reperiatur, inter eos, qui à nobis propositi sunt, locum non inveniens. Eum vero locum indicabit ordo rerum & connexionio hic à nobis observata: poteritq; is titulus omisssus, qvando occurrit, loco conveniente tam thesibus nostris qvam excerptorum libro inseri. Qui jam titulis hisce variarum rerum farraginem subjecerit sive qvam plurima excerptserit, non solum Polymathiam qvandam acqviret, sed etiam de Augmentis scientiarum parandis felicissime cogitabit: in primis aptus erit adapte atq; eru-dite differendum de qvavis occurrente materia. Sed hæc sufficiant de regulâ primâ, qvæ docet, excerpturos novisse debere locum tido tu.

tulorum, sive qva thesi titulus propositus con-
tineatur.

§.16. SECUNDA REGULA sit hæc: Cuiqve
thesi titulorum certum assignandum est in ex-
cerptorum libro spatum. Qui Excerptis sche-
daceis uti cupit, qvæ commendat Placcius p.
68. seq. item qvi Methodum nostram Scrinio
Litterato, de qvo idem Placcius fuse admodum
p. 121. seq. agit, applicare voluerit, qvod certe
haud difficile erit, ei regula jam adducta nihil
est opus. Tunc enim tot schedæ sumendæ sunt,
qvit res excerptendæ occurrit. Qvibus autem
libro Bibliopegæ opera compacto aut proprio
labore consuto uti placuerit, illi hujus regulæ
omnino debent esse memores. Et hæc in re
consistit præcipua hujus Methodi commoditas.
Qvilibet autem me non monente intelligit,
spatum illud pro ratione materiæ thesi conten-
tæ vel ampliandum esse vel minuendum. Thesi
amplam continentí materiam multæ paginæ
sunt assignandæ: cuius materia autem non tam
diffusa est, ad eam pauciores paginæ sufficient.

§.17. Ut hoc exseqvamur, numerandæ pri-
mum erunt omnes paginæ libri excerptis desti-
nati, singulisqve paginis suis numerus inscri-
bendus. Porro numerus paginarum dividen-
dus est per numerum thesium, ut videamus,
qvit paginæ nullo materialium respectu habito
cuiqve thesi tribui possint. Tum thesibus mi-
norem materiæ copiam complectentibus qvæ-
dam paginæ sunt detrahendæ, qvæ addantur
thesibus multiplici materia turgidis. In genere
hic notetur, amplius spatum dicandum esse iis

ti-



titulis, qvos qvis maxime excerptis augere velit, ex gr. si qvis de certâ aliquâ materiâ qvædam commentari, aut de ea orationem, dissertationem vel librum conscribere velit. Potest etiam qvis libro excerptorum Methodico adiungere Excerpta Adversaria, in qvibus, quantum libuerit spati, titulis qvibusdam ex Methodicis excerptis desumtis tribuatur. Huic libro adversario inscribantur, qvæ spatiū minus, in Methodicis excerptis titulis tributum non capit.

§. 18. Quali ratione ego usus sum in libro excerptorum meorum speciminis loco facto, candidè Benevolo Lectori indicabo; liberum tamen ei relinqvens, qvalem rationem ipsi adhibere libuerit. Scilicet in excerptis meis titulis Philosophicis tribuendæ erant paginæ 540, & Theologicis 312. Thesum, qvæ continent titulos Philosophicos sunt 169, in qvas, si 540. paginæ dividantur, unicuique thesi tres paginæ erunt assignandæ, ita tamen, ut restent paginæ 33. Inter theses uberem materiam continentes adhuc dividendæ. Materiarum autem inæqualitas effecit, ut qvibusdam pauciores paginae quam tres dicarim; numerum autem illis ademtum reliquis, qvas me pluribus excerptis exornaturum esse putavi, addiderim. Thesum Theologicos titulos continentium sunt 103. in qvas si dividantur paginæ 312. iterum cuique thesi tribuendæ erunt tres paginæ, tribus tantum páginis superstibus. Sed etiam hic diversa ratio materiarum effecit, ut qvibusdam thesibus plures quam tres

tres paginae, qvibusdam autem pauciores sint dicatae. Prior itaque numerus thesibus nostris titulorum adscriptus & parenthesi inclusus indicat, qvot paginas tribuerim thesi, cui adscriptus est: secundus autem numerus indicat paginam, in qua primus theseos titulus scriptus extet. Me non invito potest qvis duplo vel triplo majus spatium unicuique thesi tribuere; vel saltem dimidium ejus, qvod ego thesibus dicavi; vel uni thesi majus, alteri minus spatium, qvam à me factum est. Hoc tamen unusqvisque methodo hac usurps probe observet, ut singulis thesibus titulorum adscribat paginam, ubi primus theseos titulus in excerptis suis inveniatur. Qvando enim aliquid excerptendum occurrit, titulum primò, sub qvo illud notare cupit, in thesibus nostris evolvere debet. Tunc igitur statim videbit, qvā paginā titulus in excerptis suis vel extet vel collocari debeat, qvam deinde evolvat, eiqve excerptenda subjicit.

§. 19. Neqve vero opus est, ut ab initio integrum librum huic Methodo in usum traducendae destinemus, sed sufficit paucas tantum sumere paginas, & experimentum capere, an recte præcepta hujus Methodi imbibemus. Ego ipse in excerptis, qvæ in fine hujus tractatus occurrunt, ex vita Timoleontis juxta hanc Methodum parandis undecim fere paginas in forma octava tantum adhibui. Alii aliam vitam ex Cornelio Nepote, vel alium textum ex

allo

alio auctore capiant & tantum quatuor vel octo paginas vel plures etiam excerptis parandis assignent, & tunc apparebit, an hanc Methodum in usum suum convertere valeant.

§. 20. Jam sequitur TERTIA REGULA nos instruens, ne omnes titulos in thesibus hisce titulorum occurrentes paginis suis inscribamus, sed tantum primum titulum cuiusque theses primæ paginæ thesi illi assignatae. Et hoc etiam huic Methodo est singulare. Sic enim non tantum labore scribendi caremus, sed etiam non scribentur tituli quidam, quibus fortasse ne per integrum vitam quidem aliquia subjicienda erunt excerpta; quique spatium ipsi dicandum aliis titulis cedere possunt; inferenturque hac ratione facilius ii tituli, qui in thesibus nostris adhuc desiderantur. Actu in iis non extant omnes tituli; locum tamen suum in iis habent, & possunt reliquis titulis suo loco immisceri. Utile tunc quoque esset thesibus titulorum omissum titulum inserere. Non tamen erunt tituli adeo multi, qui hic desiderantur.

§. 21. In thesi prima Titulorum Philosophorum occurruunt fere tantum tituli tres (1) anima (2) mens & animus (3) ingenium. Reliqua enim verba ad connexionem tantum pertinent, ut quisque facile judicabit. In prima igitur pagina scribatur titulus ANIMA: reliqui tituli tamdiu omittantur, donec aliquid occurrat sub iis excependum: Et tunc, quia huic thesi §. Paginæ assignatae sunt, titulus MENS & ANIMUS potest scribi pag. 3. titulus autem

IN-

INGENIUM p. 4. Paginæ sextæ inscribatur titulus primus secundæ theseos : Intelligere. Qvia præter hunc in hac thesi adhuc alii quatuor reperiuntur, nempe agnoscere, nomen, titulus, imaginari : possunt illi, si qvid ipsis subscribendum sit, ita collocari, ut titulus : Agnoscere, in dimidia parte paginæ sextæ scribatur, reliqui tres paginam septimam inter se partitionur. Theseos octavæ primus titulus est : Discere, qui titulus inscribatur p. 26. Si reliquias titulis eadem thesi contentis subjiciendum aliquid sit, tit. studia, occurret p. 27. lingvæ p. 28. cui paginæ in fine adjiciatur etiam titulus Interpretatio. Titulus : Grammatica occupabit p. 29. Philosophia p. 30. artes p. 31. Ex his apparet, quid in reliquis thesibus agendum sit.

§. 22. QVARTA & ULTIMA REGULA sit: Non quomodo cumque atque sine ordine titulis aliquid est subscribendum, sed in consilium vocandi sunt loci topici, juxta quos ordo instituatur. Si causa rei in loco excerptendo occurrat, vel etiam subjectum vel objectum, in primâ parte spatii titulo illi assignati excerpta ponendi queunt. Si in loco excerptendo occurrat rei adjunctum sive proprium, res excerpta ponatur aliquanto inferius. Si locus excerptendus contineat consequens aliquod sive effectum rei, in inferiore parte spatii excerpta scribenda erunt. Legens itaque historiam vel aliud quid cogitet, de quo quid dicatur & quia ratione de illo dicatur. Hisce recte expensis facile sciet, ad quem titulum unum quodque referendum, & quo loco sub quolibet

titulo qvidque scribendum sit. Posset etiam res
sic efferrri. Educatur ex Historia, Apophthegma-
te, Emblemate alioque argute dicto, sive ex sen-
tentia qualibet conclusio, sive ut homiletæ di-
cunt Porisma aliquod; quæ conclusio juxta locos
Topicos inseratur excerptis nostris una cū pro-
batione ex loco illo, quem legimus, desumta. Si
quis ex relecta plures velit deducere conclusio-
nes, atque ita eam pluribus titulis subjicere, hoc
illi per me licebit.

§. 23. Nolumus hic adducere exempla, quibus
asserta nostra illustremus; siquidem propterea
vitam Timoleontis à Nepote eleganter descri-
ptam redigimus in excerpta, eaq; huic tractatui
subjecimus, ut quisq; de methodo nostra accura-
tius judicium ferre queat. Nec tamen omnia ex
vita Timoleontis ita accuratè sunt excerpta, ut
non adhuc quædam in illa extent in excerptendo
alias minime negligenda. Sufficit mihi hoc tem-
pore specimen salrem Excerptorum juxta hanc
methodum institutorum dedissem. Pleraque tamen
notatu digniora in excerpta relata sunt. Videt i-
gitur quisq; de quibus rebus aliquid in hoc à Ne-
pote descripta vitâ; de quibus rebus etiam nihil
excerpendum, in ea occurrat. Et hoc etiam huic
Methodo singulare est, ut per eam videre possi-
mus, de quibus rebus inveniatur aliquid apud
Auctorem; simul quoque de quibus rebus nihil
apud eum extet. Haec etiam excerpta, licet sint
paucissima, ansam tamen aliquam de quibusdam
rebus differendi suppeditabunt. Quid fiet autem,
si quis integrum Cornelium Nepotem & alios
multos Auctores sic excerpserit?

§. 24. Possent enim eadem ratione vel totus Corne-
lius

lins Nepos, vel alii Auctores ex gr. Sallustius, Justinus,
Virgilii libri Aeneidos, Ovidii Metamorphoses, imo
ipsa S. scriptura vel quidam saltē libri ejus in excerpta redigi. Ipse etiam, Deo volente, sumam aliquem
ex his auctoribus excerptendum, si Patronos hæc nova
Excerptendi ars repererit. Non sane radiosum est ejus-
modi excerpta parare, sed admodum jucundum. Pe-
netram⁹ sic in cognitionem multarum rerum, quæ ante
a scientiam nostram fugerant. Multa saepe egregia
in Auctore occurrant, quæ alias in legendo preterimus.
atq; translimus; in excerptendo autem probe animad-
vertimus. Quid, quod stylus etiam excerptis ex ejus-
modi Auctoribus classicis non contemnenda capiat in-
crementa! Rebus quidem excerptendis primario desti-
natus est hic labor; sed tamen Phrases quoq; commodissime
juxta eum excerptentur. Qui vellet industriante
suam orbi eruditio probare, posset juxta hanc Metho-
dum excerptendos sumere auctores quosdam rares, pe-
regrinaq; lingua utpote Gallicā, Anglicā, Italicā, imo
Rabbinicā & Arabicā scriptos. Possimus prætereajux-
ta hanc Methodum excerptere ex quibuslibet libris
Theologicis tam dogmaticis quam moralibus: tunc
etiam ex variis libris Historicis, Itinerariis, Episto-
lis, Orationibus atque Poëtis.

§. 25. Utile est extare ejusmodi titulos, quos
inspiciens invenit magnam farraginem diver-
sarum materiarum, quæ in orationibus sacris
profanisque tractari, librisque scribendis ansam
præbere queunt: potestque sic orator vel scri-
ptor materiarū habere selectum. Erunt hi tituli
ei, qui antea Excerptis Adversariis ulus est tan-
quam index, hac ratione, ut titulis à nobis in or-
dinē redactis adscribatur pagina, ubi in Excerptis
Adversariis quædā ad titulū aliquem ex thesibus

nostris pertinentia extent. Ita materiæ cognatae,
qvæ in Excerptis Adversariis diversis in locis
non sine molestia qværendæ sunt, etiam ad u-
num locum revocabuntur. Si cui Homiletæ
sint Post illæ accurate elaboratae, & velit locos
communes sparsim in iis tractatos in ordinem
qvendam redigere, titulos nostros utiliter ad-
hibebit. Nam hoc pacto sciet, si de reqvapiam
agendum sit, ubi materiam illam egregie jam
tum pertractatam in Postillis suis qværere de-
beat. Neqve tamen putandum, hanc Methodum
omnes alias excerptendi Methodos e me-
dio tollere; siqvidem nihilominus qvilibet e-
ligere potest Methodum geniosuo convenien-
tissimum. Inprimis hic commendari merentur
Excerpta commentaria, qvando ad alios Au-
ctores qvædam excerptimus. Hoc pacto potest
Theologus parare excerpta Commentaria in S.
Scripturam & Systema aliquod Theologicum;
Philosophus in Systemata disciplinarum Philo-
sophicarum; Philologus in Auctores Classicos,
aliosqve bonæ notæ scriptores. Præter hæc
tamen excerpta habenda est Methodus aliqua
excerptendi universalis, ad qvam ea, qvæ alibi
locum non habent, referamus: Hujus vicem
excerpta juxta nostram Methodum confecta
præstabunt.

§. 26. De universalitate enim hujus Metho-
di non dubitabit considerans, qvæ ubicunqve
qvis legit, sub titulis hisce excerpti posse, nul-
lamqve rem propositum iri, cujus titulus in the-
sisbus nostris non inveniat locum. Acturus de
re aliqua, si titulos nostros variis exornavit

ex-

excerptis, evolvat in thesibus nostris rem propositam, & videat, an in excerptis suis sub titulis è thesibus nostris desumptis aliquid annotarit. Si parum inveniat excerptum sub titulo dato, adeat titulos cognatos, qvi hic simul exhibentur: & sic nunquam materia ad dicendum apta destituetur: qvin imo ipsæ theses nostræ recte inspectæ amplam inventionis materiam subministrant. De divitiis, honoribus, voluptatibus, item de virtutibus & vitiis circa hæc bona occupatis acturus, etiamsi nihil excerptserit, ope thesium nostrarum multa ad dicendum apta inveniet. Explicatur enim in thesibus nostris, quibus in rebus divitiæ consistant, quomodo acquiramus eas, quomodo eas amittamus. En amplam ad dicendum de divitiis materiam! Et ita de reliquis. Sic ad quamcunque actionem recte explicandam facient ea, quæ à nobis de actione in genere dicta sunt.

§. 27. Hæc sunt, quæ de hac excerptendi Methodo necessario indicanda esse duxi, pluribus eam illustratus, si viri docti candidè monuerint, quid in ea adhuc desiderent. Imo posset aliis quis propriâ industriâ titulos à nobis collectos in longe alium sibi vel aliis fortasse aptorem ordinem redigere, multaque alia in hac methodo mutare atque emendare. Maxime per lectorum Benevolo contendo, ne prius Methodum hanc rejiciat, quam recte eam perceperit. Si enim illam probe intelligat, mitius fortè de ea sentiet. Cum sciam, varia alia scripta de arte Excerptendi non fuisse neglecta, sed avide arrepta atque perlecta, has pauca,

pagellas etiam, novâ eam ratione tractantes,
benignè exceptum iri confido.

PARS PRIMA TITULORUM

exhibit

Thesēs Titulorum Philosophicorum ad
Excerpta Methodica paranda
necessariorū.

§. I.

Deus, ut omnium rerum, ita & hominis
causa est, qvem *anima rationali* donavit.
Hæc operationes exercens, mens & ani-
mus vocatur, qvæ fiunt juxta potentiam ipsi
inditam, nempe ingenium, cuius notandum
acumen vel tarditas (thesi huic assignavi pa-
ginas 5.) primus ejus titulus reperitur in libro
excerptorum, p. I.

§. 2. Primum bonum & prima facultas animæ
est *intelligere* sive *intelligendi* potentia, qvæ
exserit sese rem nude agnoscendo per nomen
& titulum suum, imaginando sibi aliquid (2) 6.

§. 3. *Imaginatio* continuata facit *cognitionem*,
meditationem, *contemplationem*. Cum cu-
riosity scrutamur, inquirimus, in quo animus
non distraherendus, mentem exercemus, com-
miniscimur aliquid, conjicimus, suspicamur,
dubitamus, colligimus, opinamur, inveni-
mus. (2) 8.

§. 4. *Deliberamus* porro, tentamus, experi-
mentum sumimus, probamus, demonstramus,
admiramur adrisum usqve. (2) 10.

§. 5. *Ratio* autem, qvam dirigit logica, præ-
scri.

Scribit, qvomodo de re judicandū, aestimandum,
statuendum, qvæ sententia amplectenda. (4) 12.

§. 6. Hæc omnia ducunt ad *scientiam*, doctrinam sive eruditionem, qvæ est cognitio rerum certa & clara, cuius perfectio est in sapientia. (6) 16.

§. 7. Adversatur ei *ignorantia*, qvæ est ignorantum, error amplectens absurdā, imperitia, incitia, furor, qvando anima officio suo fungi non potest. (4) 22.

§. 8. Scientia confirmatur *descendo* & studiis. Discimus lingvas, Latinam, Græcam, ex quibus per interpretationem in vernacula aliqvid vertitur. Ad eas discendas opus Grammaticā, Lexicis (2) discimus Philosophiam & reliqvas artes. (6) 26.

§. 9. Doctrinam hanc haurimus ex *hominibus doctis* sive doctoribus virisqve celeribus, ut olim fuerunt Sophistæ, Scholastici: qui sunt Præceptores nostri, discipulosqve in scholis vel academiis informant, erudiunt declarando, examinando. (6) 32.

§. 10. Proficimus *legendo* libras, qvi sæper epitomæ. Hos præbet typographia, condit bibliotheca. [2] Scribendo literis in chartâ, imitando, disputando. (6) 38.

§. 11. Qvæ didicimus, fidelis *Memoria* custodit atque conservat, nec oblivionis tradit. (1) 44.

§. 12. Hactenus actum de mente humana & qvomodo circa res versetur. Jam seqvuntur res ipsæ, circa qvas percipiendo & contemplando occupata est. Sunt illæ [1] res à sensu remotæ, qvalis est *Deus* & reliqui Spiritus, de qvibus agit metaphysica. Deus autem solus est actus purus, omnem

potentiam passivam, cui reliquæ creaturæ sub-
iectæ, excludens. Non itaque constat ex ma-
teria & forma, sed est simplex & singularis. In
creaturis autem ex collectione individuorum
fit universale. Est præterea causa omnium re-
rum, à cujus providentia omnia gubernantur,
nec sunt fato, casu vel fortuito. Manent ta-
men contingentia; ipse autem necessario exi-
git. (8) 45.

§. 13. (2) Ad contemplationem nostram per-
tinent *corpora naturalia*, de quibus tractationem
alias suscepit Physicus. Sunt autem illa com-
posita ex materia sua & forma, quæ faciunt, ut
res sint ejusmodi substantiæ, in quibus hærent
affectiones & accidentia. (4) 53.

§. 14. *Compositio* autem fit, quando res per-
plexæ ordine suo colliguntur, congregantur,
fit acervus, additur & adjicitur aliquid, ut fiat
augmentatio, concinnantur & conjunguntur,
ut fiat fasciculus, alligatur aliquid, ut adhæreat,
oblinitur, convolvitur, cingitur, circumdatur,
vincitur, colligatur vinculis, cui contrarium
solvere, laxare; coarctatur, comprimitur, ut
concrescat (2) 57.

§. 15. Exinde res fit *extensa* & quanta, habens
certam staturam, ut sit vel magna parva, longa
brevis, alta, ut emineat, lata & profunda ob-
densitatem & crasitatem, ut tumescat. Exinde
est dura, gravis, ut sit oneri. Ex compositione
sunt etiam affectiones quædam, nempe subtili-
tas, rectitas, viscositas, friabilitas, ut res tactu
sit mollis, laevis, lubrica, lenta (3) 59.

§. 16. Ex quantitate resultat certa *forma*, ut
res

res sit quadrata, angularis, habeat latera, in ea
medium, sit rotunda. Res formam nacta est
totum, perfectum, habens certam naturam
& temperamentum, erga alias res vel antipa-
thiam vel sympathiam. [3] 62.

§. 17. Res sic præparatae manent *firmae*, con-
stantes nec sunt vanæ. Natura autem diversa,
facit rerum varietatem, ut res differant, qvæ
tamen interdum similes. [1] 65.

§. 18. Rerum autem *viciſſitudo* facit, ut forma
sepius tollatur, dum res vel mutatur, qvod fit,
qvando extenditur sive dilatatur, politur, acu-
tur, excinditur, circinatur, dolatur, sculpi-
tur, [1] 66.

§. 19. Vel res *dividitur* & una pars separatur
atqve segregatur per diminutionem, decerp-
do, qvando frangitur, disstringitur, rumpitur,
disrumpitur, laceratur, secatur, absinditur ali-
qvid, amputatur, dissecatur, succeditur, findi-
tur, transfoditur, fit foramen, [2] 67.

§. 20. Vel res *alteratur*, qvando mollitur, ra-
refit, coquitur, dissolvitur, liqvefit, conflatur,
exhalat, miscetur, fermentatur, contunditur,
communitur, atteritur; à vi interna, qvando
putreficit, emarcescit, corruptitur, ut tamen
aliqvid reliquum maneat. [3] 69.

§. 21. Complexus autem omnium corporum
dicuntur *mundus*, cuius superior pars cœlum,
continens corpora cœlestia, Solem, Lunam;
qvæ patiuntur eclipses, planetas errantes per
zodiacum, cum reliquis stellis & sideribus, de
qvibus agit Astronomia & Genethliaci [5] 72.

§. 22. Hæc inferiora autem, qvæ in terra
B 5 sunt

sunt, constant ex *corporibus simplicibus* sive atomis & minutissimis particulis, ex quibus componuntur elementa. (2) 77.

§. 23. Sunt hæc *ignis*, qui exsiccat, torrefacit, calefacit, ut res caleat, serueat, astuet. adurit, incendit, ut res ardeat & exardeat, excitat flammarum, scintillas, fumum; comburit, relinqvit torres, prunas, cineres. Meteora ignita fax, stella cadens. (3) 79.

§. 24. *Aer* agitatus est ventus, qui vehementius flans, est procella, turbo. Venti alias sunt Eurus, Zephyrus, Auster, Boreas. (3) 82.

§. 25. *Aqua* est frigida & humedat, frigore condensatur, & fit glacies. Reperitur in puteis, cisternis, stagnis, paludibus, thermis, scaturit ex fontibus, per fluvios fluunt, qui motus facit spumas. Fluvii congregantur in mari, quod habet sinus, freta, vortices, fluxum ac refluxum, inundat interdum, unde diluvium. (5) 85.

§. 26. Ex aqua oritur *Vapor*, nebula, pruina, ros, nubes, in qua iris. Nubes resolvitur in pluvias stillantes per guttas, nivem, grandinem. Inde saepe est tempestas cum fulmine. Aquam haurimus, exprimimus, fundimus, eam aspergimus, tingimus, in ea submergimus. (3) 88.

§. 27. In *terra*, quæ terræ motibus obnoxia, habentur arena, pulvis, gleba, coenum, lapides, scopuli, gemitæ, margarita, corallia, vitrum. (5) 91.

§. 28. Terra communiter est *plana* & *campus*. Tumuli autem in ea faciunt montes oppositos vallibus, in quibus speluncæ. Terra mari cincta est insula. (2) 96.

§. 29. Ex *Metalli fodiinis* effodiuntur *Metalla*,
æs,

æs, plumbum, ferrum, Chalybs, stannum, eu-
prum, orichalcum, argentum, aurum Alchy-
mistarum cura, Mercurius. Mineralia, creta,
calx, bitumen, sulphur. (3) 98.

§. 30. In terra progerminant sive crescunt ani-
mam vegetantem habentes plantæ ex semine,
ex qvo radix succos attrahens, ut planta nutri-
atur & augeatur, caulis & culmus. Plantæ inter-
dum ferunt fructus suo tempore maturescentes,
transplantantur, extirpantur. (2) 101.

§. 31. Sunt autem plantæ vel herba sive gra-
men in pratis generatum, juncus, urtica, car-
duus, fungi. Vel herbæ odoratæ hyssopus,
ruta, absinthium. Vel olera, lactuca, brassica,
cepe, cucumeres, rapæ. (2) 103.

§. 32. Vel Flores, viola, rosa, lily, tulipa,
aloe, lily convallium. Vel frumentum, ha-
bens spicam, aristam, grana, stramen, stipulas.
Est hoc triticum, siligo, hordeum, avena, mi-
lum, legumina, pisa, fabæ. Vel frutices sive
virgulta, fraga, lentes, spinæ, vitis, uvas profe-
rens. (3) 105.

§. 33. Vel arbores habentes truncum & lignum,
ex qvo fiunt asseres, qvodqve exsudat resinam;
corticem, ramos, folia. Patiuntur arbores sur-
culorum insertionem (2) 108.

§. 34. Species arborum Cerasus, prunus, mo-
rus, ficus, pirus, malus, nux, castanea. In sylvis
crescunt laurus, quercus, fagus, abies, pinus,
tilia, populus, ebenus. (3) 110.

§. 35. Animalia præter vitam habent etiam fa-
cultatem sese movendi & sentiendi. Sensus au-
tem externos pro modo perceptionis dividim⁹.
Tactus, olfactus, auditus semper percipiunt,
non

non ita visus & gustus. Sensus interni: sensus communis, phantasia & memoria. Sensus sequitur appetitus cibi, potus & Veneris. [3] 113.

§. 36. Sunt animalia vel aquatilia sive pisces instructi squamis & pinnis, ut haleces, carpiones, salmones, angvillae, balenae, conchae, cancri. Aluntur in piscinis vel mari. [3] 116.

§. 37. Aves teguntur pennis, alis volant, habitant in nidis, excludunt pullos. Sunt gallus, anser, pavo, columba, luscinia, psittacus, cululus, coturnix, perdix, ciconia, struthio, milvus, accipiter, aquila. [3] 119.

§. 38. Insecta musca, scarabeus, cicada, apis. Insecta terrestria vermes, pediculus, tinea, formica, eruca, aranea, bombyx, scorpius, serpens, draco. [2] 122.

§. 39. Pecora sive bruta habent cornua, pelles, caudas. Sunt ovis lanam gerens, hircus cum capra, porcus, bos, ovis cum vitulo. Asinus, equus, camelus, elephas. Simia, canis, felis, mus. Rana, castor, crocodilus. Feræ, ut lepus, aper, cervus, vulpes, lupus, ursus, leo. [5] 124.

§. 40. Præstantissimum omnium animalium est homo habens præter animam vegetantem & sentientem etiam rationalem. [4] 129.

§. 41. Habent animalia corpus ex variis partibus constans. Sunt illæ ossa, in quibus medulla, dentes, quibus mordemus, spina, costæ, sanguis per venas & arterias fusus, in quo spiritus vitales. Nervi, caro distributa in musculos, quæ vel est pinguis & lardum, adeps, vel macilenta. Tegitur caro cute. [4] 133.

§. 42. Exinde sunt reliqua membra: caput, qvod

qvod habet in cranio cerebrum, & cingitur can-
pillis, qvi pectuntur, tondentur & decidentes
canitiem monstrant. [3] 137.

§. 43. *Facies* sive *vultus* ostendit frontem ali-
qvando corrugatam, tempora, oculos, in qvi-
bus pupilla. Hi vident res illustratas à claritate
lucis, qvæ efficitur candelis supra candelabrum
positis, lucernis. Qvod luci opponitur, um-
bram spargit. Absentia lucis sunt tenebræ [3]

I 40.

§. 44. Vident etiam restinctas *colore* vario,
candidas, coeruleas, virides, fulvas, rubras,
nigras. Colorum apta commixtio facit pul-
chritudinem & elegantiam, qyam impediunt
deformitas, maculæ. Fit etiam mixtio colorum
per pictores imaginum. Res saepius rasa fit
splendida, nitida. [3] 143.

§. 45. Videmus aliquid in *speculo*, aspicimus,
prospicimus, respicimus. Oculorum crebra
mutatio nictatio audit. Impeditur visus per
coicitatem, & qvando res evanescit. [2] 146.

§. 46. *Auris* audit, auscultat sonos editos vel
voce, ut gemitum, murmur, strepitum, fremi-
tum, vociferationem : mugitum, hinnitum,
sibilacionem ; vel dentibus, qvibus frendemus ;
vel instrumentis, ut clangorem ; vel pulsione.
Aures vel obturantur vel impedimentum po-
nit surdities. [4] 148.

§. 47. *Nasus* odoratur res bene olentes & fœ-
tidas. Os ornatum labiis tegit lingvam lam-
bentem & gustantem sapores dulces, acidos,
amaros, acres, acerbos, austeros. [4] 152.

§. 48. *Male* & *mentum* barba superbiens, qvæ
nova.

novacula raditur. Collum, brachia, manus instructa digitis, explicans se in palmam & contrahens in pugnum; contrectans, tangens, palpans, apprehendens, amplectens, capiens, continens, retinens. (3) 159.

§. 49. In anteriore parte est *pectus* continens mammae, & cum ventre, qvi umbilicum habet, faciens sinum sive gremium. In tergo est cervix, ala, humerus, gibbus, femur, lumbi, anus, cauda. Inde sunt pudenda, pedes, qvibus calcamus, claudicamus, in qvibus genua. (3) 159.

- §. 50. *Partes interiores*: palatum, guttur, fatices, intestina, cor, jecur, pulmo, ventriculus, vesica. [3] 162.

§. 51. Ad vitam animalia perveniunt *creatione*, conceptione seminis, partione & generatione, qvæ interdum gemellos & prolem numerosam, nonnunquam abortum & monstra profert, dat qvæ nobis natalem & ortum. Qvod recens incipit, novum est. Oritur aliquid subito, ex in opinato & improviso, tempestivè, raro. [4] 165.

§. 52. Corpus sic vitam consecutum *respirat*, anhelat, habet operationem sensuum, dum vigilat. Qvando autem qviescit & dormit, sterit, patitur insomnia, donec evigilet vel exciteatur. [3] 169.

§. 53. Patitur corpus *sternutationem*, ructum, flatum ventris, vomitum. Excernit mucum, salivam, urinam, stercus. [2] 172.

§. 54. Res sunt in loco. Hic vel planus, profundus, abyssus, habet fines, limites, est vacuus vel plenus, angustus, procul sive distans. Sunt

REVOL

cer-

certæ plaqæ, oriens, occidens, meridies, se-
ptentrio. (2) 174.

§. 55. *Movetur* aliqvid è *loco* in *locum*, dum
projicitur, *spargitur*, *ventilatur*, *quassatur*, di-
sperritur, *sternitur*, *volutur*, *tunditur*, *impel-
litur*, ubi *impingit* & *allidit*, *trahitur*, *ducitur*,
assertur, *portatur*. (2) 176.

§. 56. In *loco* res certum *situm* habet, dum ibi
ponitur, *tenetur*, *figitur* & *suspenditur*, vel *sta-
tuminatur*, *inititur* fulcro, *quiescit*, *jacet*, *cu-
bat*, *stat*, *sedet*, *relinquitur* ibi, ut *supersit* *vesti-
gium*. *Vacillat*, *nutat*, *titubat*, *inclinat*, *incur-
vat*, *flectit* se, *fit* *prona*, *curva*, *se levat*, *erigit*,
surgit. (2) 178.

§. 57. E *loco* aliqvid *auffertur*, dum *amove-
tur*, *tollitur*, *evellitur*, *ejicitur*, *depellitur*, *labi-
tur* atque *decidit*. (2) 180.

§. 58. Durant res per *tempus*, qvod vel *præ-
fens*, *nunc*, *hodie*, vel *præteritum*, qvo *antiqui-
tas* vixit & futurum. Dividitur in *momenta*,
horas, *dies*, *divisos* in *tempus matutinum*, *dilu-
culum*, *pomeridianum*, *nocturnum*, *menses*,
annos, *qvorum partes*, *ver*, *æstas*, *autumnus*,
hiems. (3) 182.

§. 59. Computatur *tempus* per *diversas aras*,
qvod *chronologia* docet. *Tempus* absqve fine
est *æternitas*. A *tempore*, qvo *quis vivit*, est
diversa ætas, ut alii sint *infantes*, *pueri*, *ado-
lescentes*, *viri*, *senes*. (3) 185.

§. 60. Qvæ res ætatem suam peregit, exspiri-
rat, occidit, moritur, qvæ mors per *autoxelia*
& *homicidium* attrahitur: consumitur, deficit,
interit, perit, destruitur. [2] 188.

§. 61.

§. 61. Vidimus hactenus intellectum, & quæ ipsi objiciuntur. Seqvitur jam altera facultas animæ nostræ, nempe *Voluntas*, qva volumus bonum, qvod finis noster & perfectio nostra; renuimusqve malum. De bonis intellectus, quæ sunt virtutes intellectuales; item de bonis corporis, quæ sunt accidentia & perfectiones ejus, supra jam actum. Hie loci explicanda venient bona voluntatis, id est, virtutes morales; quæ sunt firmum propositum nos erga reliqua bona (divitias, honores, voluptates) nec non erga mala recte & secundum leges gerendi. Leges enim volunt, ut cuique sua bonitas conferatur, collata augeatur atque conservetur, malaque vel avertantur vel recte ferantur. Bonum igitur habetur omne utile, cuius est pretium aliquod, omne honestum, decorum, conveniens, omne jucundum, qvod gratum acceptumque est: in quo salus ipsa recumbit. Bonum præstantissimum est Summum. Id assecutus in statu beatitudinis esse prædicatur, est tranquillus, securus, qvod hominibus in aureo seculo contingebat. [10] 190.

§. 62. Bonum autem movet appetitum nostrum sive inclinationes, quæ sunt secundum indolem, & affectus sive perturbationes animi. [3] 200.

§. 63. Si placet nobis amamus illud non libidine & cupiditate inordinata: sed sponte non invitò, pro libertate arbitrii eligimus, intendimus, proponimus, decernimus, desideramus, expectamus. [4] 203.

§. 64. Hinc ipsa *Machinatio*, *actio*, *executio*. Hæc vel facilium vel difficultum, possibilium tamen.

tamen. Impossibilia enim hominibus, sunt per sola miracula. [6] 207.

§. 65. Actio autem *incipit*, & habet principium, continuatur cum assiduitate & constanza, si res bene succedit. In ea sumus festinantes & celeres vel tardi, morantes, remissi. [3] 213.

§. 66. Qvandoque interrupitur, impeditur, differtur aut plane omittitur & cessamus ab ea. Tandem absolvitur, sortitur finem, res fit perfecta, habet suum eventum. Inde est opus & res gesta, de qua historia. [3] 216.

§. 67. Requiritur autem ad actionem *potentia*, vis, robur, vegetudo carens infirmitate. Porro aptitudo, conatus, audacia, opera, cura, industria, vigilantia, alacritas, solertia, fervor, confirmation animi. [3] 219.

§. 68. (2) *Virtus*, de qua in Ethica, docens rerum usum, ne iis abutamur, monens, ut observemus modum & mediocritatem, caveamusque nimium considerantes circumstantias. [8] 222.

§. 69. Docet præterea cognitionem nostri habere, imperium in nos ipsos exercere, ne simus φιλαυτοι. Qui hanc possidet, est vir bonus, pius, sanctus, fugiens hypocrisie. In hac proximus ædificandus, & si ab ea aberravit, emendandus, corrigendus. [4] 230.

§. 70. (3) *Prudentia* & cautio fugiens callitatem, temeritatem, simplicitatem, stultitiam. [3] 234.

§. 71. Actiones nostras *adjuvat* benedictio divina, cui adversa maledictio, imprecatio. Magia autem cum omnibus præstigiis & genii nihil valet, nihil sagæ. Juvant porro affuetatio,

C

factio,

factio, exercitatio, opportunitas, occasio. (4)

237.

§. 72. Ad bonum obtainendum adjumento sunt
Patroni nos commendantes, preces non metu-
entes repulsam, vota & optationes. (3) 241.

§. 73. Incitant ad actionem *Timor Dei*, lex,
qvam moderatur æq'itas. Hæc præcipit, impe-
rat, jubet, cogit ad obedientiam, ne simus refræ-
ctarii. Siqvis tamen ab ea excipitur, est privile-
gium. Instar legis est consuetudo. (6) 244.

§. 74. Qvæ permitta sunt, licita nec prohi-
bita, agere possumus. Ulterius incitant signa
& omnia, divinationes per oracula editæ. (3)

250.

§. 75. Impellit & conscientia, auctoritas alio-
rum, exemplum, imitatio, consilium, admo-
nitio, blandimentum, promissio, seductio,
prætextus. (4) 253.

§. 76. Conseqvens *actionis* est finis ejus, ob qvem
instituitur, nempe omne bonum: ut scilicet ho-
mines illam approbent, nobis imputent, bonum
inde habeamus testimonium, laudem inde con-
seqvamur, præmium, quæstum, lucrum. (3) 257.

§. 77. De bono, qvod adepti sumus, gaudemus,
in eo spem ponimus. In aliis qvando est, exci-
tat favorem, gratulationem, nonnunquam in-
dignationem, invidiam. (3) 260.

§. 78. Jam species bonorum enumerandæ e-
runt. Maxime permovent hominem *divitiae*, res
familiaris, possessiones & proprietates, dominia,
potentia, si habeant thesauros reconditos, o-
mniqve copia affluant. Tunc utuntur fortunâ
secundâ & felices sunt, commodaqve & utilita-
tes inde percipiunt. (6) 263.

§. 79.

§. 79. *Modus d^rvitias acquirendi*: mirum in modum variat. accipimus eas vel per successionem, h^{er}editatem, testamento, inventionem, sortes.
(3) 269.

§. 80. Modus optimus est per *commercialia*, qvæ sunt per mercaturam, qvando mercator merces proponit atq; vendit in nundinis, foro, tabernis: alter autem emit vel paratâ pecuniâ & monetâ, vel permutatione vel mutui acceptance. (3) 272.

§. 81. Tunc evadimus *debitores* ob debita, qvæ solvenda, & exiguntur à creditore. Haud raro sponsores interponimus, *obligationes* vel *pigno*. Pecunia interdum sumitur à fœneratoribus, qvi usuras capiunt. Lucrum deniqve est ex eo *commercii* genere, qvod vocatur *depositio rei*, qvæ justo tempore repeti potest, & locatio. (3) 275.

§. 82. Ut autem *comercia* exacte fiant, res *merantur*, an unæ vel multæ, mensurantur, ponderatur, qvo facit *mathesis*. Instituuntur propter ea *profectiones*, *itinera*, *peregrinationes*. (4) 278.

§. 83. Imus autem in *via* vel *pedibus* vel *currū* vehimur, vel eqvō. Ambulam⁹, currim⁹, repim⁹, serpimus, ascendimus, descendimus. (2) 282.

§. 84. *Eximus* tenentes bâculum, abimus, dedimus, expellimur, absumus, progredimur. Comites ducunt nos, vel aliquis præcedit vel occurrit nobis, vel seqvitur & perseqvitur, qvi nos agitat, qvem fugimus, donec nos conseqvatur. (2) 284.

§. 85. Qvandoqve *declinamus* à viâ, erramus, vagamur, circumimus, transimus, appropinqvam⁹, ad terminum, venimus, adventu nostro præsentes sumus, recipimus, divertimus, manemus. (2) 286.

§. 86. Qvo ipsi venire non possumus, mittimus alios. Navibus navigamus, donec perveniamus in portum. [2] 288.

§. 87. Commertia dirigit *equitas* justitia nitens jure, cavens injustitiam & injurias: docens, qvomodo contractus & pacta instituenda, qvæ interdum confirmantur juramento, qvod per perjurium non violandum. [5] 290.

§. 88. Debemus in iis esse *candidi*, fidem servantes, non deceptores, fraudem intentantes, insidiis circumvenientes aut impostores. [3] 295.

§. 89. Divitias etiam afferunt *opificia* exercita ab artificibus variis, qvi opus suum faciunt & laborant magnâ cum diligentia, fugientes otium & ignaviam, adeo, ut sudor haud raro exprimatur & fessi fiant. [3] 298.

§. 90. Hi *designant*, describunt, parant, fingunt, formant, aptant, emendant, renovant, idqve variis instrumentis. [2] 301.

§. 91. Circa agros versantur *agricole* sive rusticci, qvi agros stercorant, fodiunt, arant, serunt aut plantas inserunt. Exinde fit frumentum, qvod claudunt sepe. [2] 303.

§. 92. Gaudent adventante *mese*. Tunc domum devectum trituran, cribrant mittuntqve ad molendinas. Pistor demum ex eo coquit panes, cerevisarius cerevisiam. [2] 305.

§. 93. Hortos colit *hortulanus*. Cura vinearum etiam rusticis propria, qvi adventante vendemia vinum exprimant in torculari. [2] 307.

§. 94. Circa animalia versatur *cura pastoritia*, qvæ ut domentur, opus est restiariis, ephippiariis. Saginata mactantur à lanione. Cura etiam



etiam est circa apes , qvæ conficiunt mel & ceram. [3] 309.

§. 95. Feras venamur , aves capit auceps la-
qveo , pisces piscator hamis , reti. Omnia tan-
dem deferuntur ad cauponem. [2] 312.

§. 96. Domos parat architectus , qvi utitur
vecte , regula , perpendiculo , serra , malleo ,
clavis. Ipsi præbet lapicida lapides , ferrarius
ferrum. Pictor domui elegantiam addit. [3]
314.

§. 97. Vester conficit sartor acu & nendo è
panno , qvem contexuerat textor è filis , qvæ
fiunt in colo. Calceos conficit futor. [2] 317.

§. 98. Instrumenta varia parant figulus , do-
liarius , arcularius , carpentarius , bibliopegus.
[2] 317.

§. 99. Acquisitæ opes custodiantur & conser-
ventur per parsimoniam & frugalitatem , iis
contenti simus & autarkei , alieni à fastidio
rerum præsentium. Fugiendus amor divitiae-
rum nimius , avaritia , tenacitas , sordities. [5]
321.

§. 100. Communicantur per beneficentiam &
liberalitatem , gratificationem , traditionem ,
donationem , qvam antecedit promissio. Ele-
mosynæ dantur pauperibus. His , qvi fruitur ,
beneficium accipit , pro qvo opus gratitudine
& compensatione. [5] 326.

§. 101. Amittuntur per prodigalitatem & lu-
xum. Item per furta & latrocinia. [3] 331.

§. 102. Honor hominem valde afficit. Est is ex
bono aliquo nobis nonexistente , ut ex nobilitate
generis , qvando majores per longam genealo-

giam enarrantur, vel ex potentia vel virtute & rebus gestis vel officio, qvod gerimus, conferente dignitatem & titulos. (6) 334.

§. 103. Hoc bonum animadvertisens homines amant nos, apud ipsos sumus in gratia, sunt erga nos benevoli, nobis faventes, libenter nobiscum conversantur. (3) 340.

§. 104. Debent autem conversantes esse virtutum homileticarum studiosi, humani, comes, non tamen adulationi operam dare, ut sint parasiti. Odio præterea habeant ~~mutavtq; gemitus~~ & morositatem. (3) 343.

§. 105. (2) Debent esse bonis moribus, per quos homo se aliorum ingenio accommodat & communivendi ratione utitur, nec est singularis. Nulla itaque sit in conversantibus rusticitas, in gestibus observetur gravitas. (3) 346.

§. 106. (3) Debent esse eloquentes. Loquimur autem lingua verbâ & voces formante, quæ conjunctim pronunciatae faciunt sermonem, qui si longus oratio est, quā formare docet Rhetorica, si nimis clarus, clamor, quem reddit echo. (3) 349

§. 107. Loquentes ad præsentes salutamus, vel valedicimus, affirmamus, negamus, interrogamus & respondemus, narramus. Ad absentes mittimus epistolas. (3) 352.

§. 108. Loquimur sententias, proverbia, arcana, secreta: & ludicra, jocos, quos regit urbanitas, poëmata, fabulas, parabolas, ænigmata. (3) 355.

§. 109. Sermones dirigit Veritas sive veracitas, quam qui affert, ei credimus, absque tamen credulitate. Veritatem non prodit, qui celat, simulat & disimulat: item falsiloquus & mendacia

pro-

proferens. (2) Sermones moderatur taciturnitas & tempestivum silentium; ne simus loquaces, garruli. [3] 358.

§. 110. (4) Conversantes concordiam debent servare, execrantes certamina, lites, rixas, contentiones, duella; aut ortis iisdem statim qvarere reconciliationem. [3] 361.

§. 111. Qvando jam in conversatione bona nostra homines animadverterunt, *societatem* nobiscum colunt, utpote à qvibus & ipsi omnia bona expectant, se nobis subjiciant, imperiumque nobis deferunt. Inde ordo inter homines, diversi status & conditiones, qvæ tollunt æqvallitatem. [3] 364.

§. 112. Omnis igitur honor obvenit in societate, qvam non colunt *solitudine* & desertis delectati. [1] 367.

§. 113. Societates sunt ob certa *negotia* confienda & communionem qvorundam bonorum. Societates majores ob bonum & salutem publicam. [2] 368.

§. 114. Ut hæc sarta tecta maneat, *eliguntur* vel interdum parentibus decedentibus succedunt in rep. monarchica Imperatores, Reges, Princes, Comites. Interdum resp. Aristocratice & Democratice gubernatur. [5] 370.

§. 115. Imperatoribus confertur *administratio reip.* summum imperium sive majestas & magna potentia: indicata per certa insignia, dum coronam & sceptrum gestant, in thronoq; sedent. Qvi sua potentia abutitur, tyrannus audit. [4] 375

§. 116. Administrationem reip. gerit imperans per suos *vicarios*, ministros cæterosq; aulicos in

aula degentes. His conferuntur varia officia, de qvibus ratio reddenda, ob qvorum multiplicatatem exactiore emque curam. uni à latere ponuntur collegæ. (3) 379.

§. 117. Sunt hi ministri Cancellarii, consiliarii, scribæ, satellites. Regionibus dat præfectos, in civitatibus est certus magistratus & senatus in curia conveniens, in qvo præcipua auctoritas est consulum. Qvando res magna agenda, convocantur comitia. (4) 382.

§. 118. Ad exterios legati mittuntur, cum qvibus & foedera coluntur. (2) 386.

§. 119. Correlatum hujs potentiae est resp. civitas, in qva cives, subditi, privati, vulgus. Hic habitant vel in pagis, ubi villæ, vel urbibus einctis muro, turribus, arcibus fossisqve, qvibus pontes insternuntur. Populosæ urbes emitunt etiam colonias. Vel habitant in diversis regionibus, insulis, & sunt diversi populi, barbari, Europæi, Asiatici, Africani, Americani. (5) 388.

§. 120. Debent omnes juxta homagium, qvod præstiterunt, obedientiam, qvam si excedunt, deficiunt, seditiones movent [2] tributa & vestigalia, qvæ conduntur in ærario. De his omnibus agit Politica. (3) 393.

§. 121. Ob vitam commodiorem est etiam societas conjugalis sive conjugium, in qvo simul aliqua honoris species locum habet. (1) 396.

§. 122. Qvando itaqve vir videt pulchritudinem virginis sexu à se differentis, concipit amorem, qvem declarat per oscula, amplexationes, petendo desponsationem & sponsalia;

slue

unde

4



Unde fit sponsus, illa sponsa. Per nuptias ille
fit maritus, haec uxor dotem viro afferens.
Mulieres nonnunquam per vim rapiuntur. (3)

397.

§. 123. Conservatur conjugium per *verecundiam*, pudicitiam, castitatem. Adversus ei Eu-
nuchorum status, cœlibatus, viduitas, polyga-
mia, zelotypia, datio libelli repudii, adulterium,
impudicitia, impudentia, obscenitas, vagæ li-
bidines, amores meretricum, de quibus na-
scuntur spurii, incestus. (3) 400.

§. 124. *Conjugium fœcundum* sterili oppositum
reddit nos parentes, patrem, matrem, avum,
vitricum, novercam. Profert hoc liberos, fi-
lios & filias, qui inter se sunt fratres & sorores.
Ex liberis procedunt posteri. Præter genera-
tos filios habemus etiam adoptatos. (3) 403.

§. 125. Est in parentibus quædam φιλοτοργία,
qua liberos lactant, iis nutrices adjungunt,
educant indulgentque aliquantulum, pro quibus
beneficiis ipsis debetur pietas. Orphanis à
magistratu constituuntur tutores. (3) 406.

§. 126. Conjugium facit *affinitates*, ut quis sit
gener, sacer, nurus, levir: & consanguinitas
sive cognationem ut quis sit patruus, avunculus,
amita. (2) 409.

§. 127. Conuges & liberi *constituunt familiam*, ob cuius usum est quædam societatis spe-
cies, quam facit dominus sive herus & servus
sive ancilla. Hi non sunt in libertate. Eundem
in finem adhibet paterfamilias quoque merce-
narios. (3) 411.

§. 128. Est quoque *societas eorum*, qui non

in una domo habitant & se invicem amant vel
ob virtutem & vocatur *amicitia*, qvam nobis-
cum non colunt adversarii, inimici, hostes.

[2] 414.

§. 129. Vel amant se ob habitationem conti-
nuam, ut *vicini*, vel ob communem patriam, ut
populares, vel ob communem vitam, ut hospi-
tes, erga qves hospitales nos præbemus, vel ob
Christianismum, & sic unusqvisqve est proxi-
mus noster. [3] 416.

§. 130. Videamus porro, qvid honorem seqva-
tur. Est illud *bona existimatio*, bona fama. Hono-
ratos laudamus celebramus, reveremur, iis au-
toritatem tribuimus & tantum non adoramus.
Exinde est gloria & claritas, qvæ etiam post
mortem propagatur per honestam sepulturam,
statuas, monumenta, epitaphia. [3] 419.

§. 131. Honores moderatur *studium bona famæ*
modestia, contemptus honoris, humilitas. Ni-
mium eos aversatur pusillanimitas. Honores
nimios affectat superbia, arrogantia, gloriatio,
jactantia, ostentatio. [3] 422.

§. 132. Honore carent homines *viles*, leves &
infames, qvos contemnimus, irridemus, qvibus
illudimus, qvos subsannamus, calumniamur,
conviciis atqve contumeliis proscindimus, per
famosos libellos distrahimus. [3] 425.

§. 133. Tertium genus bonorum constituunt
voluptates, qvæ tanqvm bonum jucundum no-
bis fese sistunt, & habent qvandam recreatio-
nen abstergentem molestias. [4] 428.

§. 134. Qvando nos urget *fames* & *jejunavimus*
per tempus, aut qvando sitiimus, necessarium
est

est nutrimentum, annona, victus, cibus, qvem manducemus & edamus. Animalibus etiam debetur suum pabulum. [2] 432.

§. 135. Cibi autem varii. Ex farina fit *pānis* fermento addito aut placenta. Plantæ suppeditant olera, aromata, oleum: Animalia viva, ova, lac, caseos, maestata, carnem, qvæ vel super focum coquuntur in olla, aheno, crate, vel assatur in veru, qvæ est supellex culinaria. [3] 434.

§. 136. Hi cibi tandem ad *mensam* in canistris apportantur, in catinis apponuntur, ex qvibus cochlearibus & cultris aliquid depremitur. Hæc supellex mensaria. [1] 437.

§. 137. *Potus* bibitur & absorbetur. Consistit in succis vino, cerevisia, aceto. Conditur in doliis, utribus, lagenis: sumitur ex urceo, vitro, poculo, calice. [3] 438.

§. 138. Sumim' cibū *prandentes*, cœnantes, convivia celebrantes, ad qvæ amicos invitam. [2] 441

§. 139. Edendum ad *satietas*, ut tamen servemus temperantiam, sobrietatem, abstinentiam, qvam, qvi supergreditur, est epulo, vorax, ebriosus, luxuria operam dans. [5] 443.

§. 140. Ad animum recreandum faciunt *spætacula*, comœdiæ in theatris propositæ. Aures delectationem capiunt ex musica, qvando vel hymni cantantur, vel instrumentis musicis canuntur, qvalia fides, citharæ, tibiæ, buccinæ, organa. [4] 448.

§. 141. Corpus recreant *ambulationes* in locis amœnis, natationes, saltationes, chori, luctæ, digladiationes in palæstra. [4] 452.

§. 142. Otium nonnunquam affert molestias. Ut

Ut ergo tempus fallamus, utimur *ludia*, alea.
(2) 456.

§. 143. Voluptas vult omnia esse culta & *elegantia*, servatq; munditiem & puritatem. Proinde fordes & pollutiones lavamus in balneis sinegmate post nos abstergimus. Facies fuko inungitur, tonsor barbam radit, scopis everrimus. (3) 458.

§. 144. Cum autem nascamur *nudi*, monet ut nos tegamus, & induamur vestibus, habitu & ornatu. Sunt hæ lineæ, laneæ, è panno, byssinæ, holosericæ, purpureæ. (3) 461.

§. 145. Nomina vestium: pileus, pallium, tunica, marsupium, calceus. Sertum, torques, annulus, cingulum, balteus. (2) 464.

§. 146. Commodè habitaturis de apta qvoq; domo sive palatio prospiciendum, qvod constat tecto, trabibus, columnis, parietibus, fenestris, janua, in qua cardo, fundamento. (3) 466.

§. 147. Porro constat area, vestibulo, porticibus, conclavebus, coenaculo, ubi aulae, scaerna, fornax; cubiculo, ubi lecti, cunæ; cellis, horreis, torcularibus, stabulis, præsepiibus, fimeto, latrina. (3) 469.

§. 148. *Supellex domestica*: Scalæ, funes, cures propter rotas ductiles. Qvæ latere volvimus, condimus, occultamus & reponimus in area. Seram clavibus reseramus, ut, qvæ clausa sunt, aperiamus. (3) 472.

§. 149. Consideratis jam bonis etiam mala consideranda nobis sese quasi obtrudunt. Malum autem est ex absentia boni. Qvot igitur bona, tot etiam mala. Malum hac ratione affert

fert absentia divitiarum, honoris & voluptatis. Malis premimur, qvando mortis aut bellis inquietamur. Mala quoque vitia intellectus & voluntatis, indeoque orta peccata, qvia filia matrem corruptam sequitur. Qvædam tamen horum malorum jam supra considerata fuerunt. (2) 475.

§. 150. *Mala fortuna* dicuntur fortuna adversa, calamitas, miseria, ærumna. Consistunt in boni privatione, ut indigentia, paupertas, mendicitas, pernicies, nociva, damnum, incendium. (3) 477.

§. 151. Vel vocibus efferuntur, qvæ indicant mali præsentiam, qvando homines nobis minantur, insidiantur, perseqvuntur, incidimus in pericula, vim inferunt, injuriâ afficiunt, lædunt, affligunt, cruciant, percutiunt, vulnerant, opprimunt. Tunc patimur, martyrium subimus. (4) 480.

§. 152. *Mala corpori nostro contingentia, morbi* vocantur. Sunt hi vel in exterioribus corporis partibus, ut tumores, ulcera, scabies excitans pruritum, lepra, erysipelas, vulnera, qvæ obliganda & patiuntur inflammations, generant gangrænam, relinqunt cicatrices: rupturæ & luxationes membrorum, fracturæ, læsiones, motus, qvando quis est claudus, & læsiones sensuum (3) 484.

§. 153. Corpus interius ferunt *Bulimia*, pica, avoræ, ærepsiæ, obstrunctiones, fluxiones, diarrhoeæ: angina, podagra, scorbutum, palpitation, febris, hectica, cholera, iæterus, tympanites, hydrops, phthisis, tabes, lethargus, deliqui-

liqvium animi, epilepsia, apoplexia, pestis, venenum. Morbi animi delirium & status, in quo dæmoniaci. (2) 487.

§. 154. Afferunt morbi *infirmitatem*, debilitatem, dolores, qvibus ut nos liberemus, advocamus pharmacopolas, chirurgos, medicos, qui præscribunt ungventa, remedia sarcotica, phænigmos sive vesicantia, salivantia, emollientia, aperientia, errhina, vomitoria sive emetica, sudorifera sive diaphoretica, venæ sectiones, expectorantia, diuretica, purgantia sive cathartica, narcotica, anodyna, alexipharmacæ. Hi quærvant etiam panaceam, lapidem philosophicum, ut sic sanitatem homini vel conservent, vel restituant. (2) 489.

§. 155. Corpori non solum sed etiam bonis inimicum *bellum* sive militia, orta ex dissensione animorum, qvæ efficit conspirationes, seditiones, rebelliones, tumultus. Gerunt bellum adversus nos hostes, cum qvibus non habent commercium neutrales. (3) 491.

§. 156. Bellaturi comparant *milites* & exercitus eqvestres ac pedestres. His præficiunt imperatores & duces belli, centuriones, signiferos, qui collocant eos in castris, instruunt armis, galca, thorace, clypeo, gladiis, hastâ, sagittis pharetrâ condendis, bombardis & tormentis. (4) 496.

§. 157. Cum his *diripiunt*, prædas agunt, vastant agros, omniaque evertunt. Obsident urbes, qvas tandem occupant vel prælia committunt. (3) 500.

§. 158. Administrat hæc omnia *scientia rei militæ*.

*liraris & fortitudo bellica , qvæ jubet vigilias
agere , exploratores emittit , insidias & strata-
gemata apparat , imperatores interdum collo-
quuntur : juvatur missis suppetiis , transfugis
atqve proditione. (3) 503.*

§. 159. *Exitus præliorum vel vittoria & seqvens
triumphus vel turpis fuga. Sic bellum redit
ad inducias vel pacem , unde securitas. (3) 506.*

§. 160. *Movent hæc mala abominationem ,
terrorem , ut contremiscamus , suspicionem ,
formidinem , metum , cautelam & evitationem .
Præsente malo tædet nos ejus , sumus molles ,
tristes , dolemus , angimur , edimus luctum ,
gemitus , fletum , lacrymas , querimur , murmu-
ramus , desperamus. (4) 509.*

§. 161. *Interdum sumus tolerantes , æqvani-
mes , patientiâ instructi , fortes , audaces , te-
merarii. (3) 513.*

§. 162. *Haud raro confugimus ad alios , apud
qvos miseria nostræ excitant miserationem &
misericordiam , ut nos non relinquant , perfu-
gium præstent , consolentur , adsint nobis , o-
pitulentur , defendant ; redimant , liberent ,
salvent ac imposterum custodiant. (4) 516.*

§. 163. *Malum culpa est , qvando turpe quid
agimus , admittimus peccata , scelera , mala al-
teri inferimus , scandala damus . Procedunt hæc
ex petulantia , lascivia , habitu vitiorum. (3)
520.*

§. 164. *Offendunt bonos , & iram odiumqve
ipsorum provocant . Causa defertur ad judi-
cem ,*

cem, sceleratus inde evadit reus, indicitur vadimonium, instituitur judicium, & processus judicialis celebratur, qvi fieri debet secundum justitiam, qvam moderatur jurisprudentia. (3) 523

§. 165. Accusator ad delictum probandum adhibet testes; reus examinatur qvandoqve per quæstiones tormentarias, defendit se per advocatos, libellos supplices. (3) 526.

§. 166. Qvando autem confessus est, res transmittitur ad collegium juridicum, & tunc damnatur ad castigationem, poenam & supplicium, ut sicut ultio & talio de scelere sumatur. (2) 529.

§. 167. Utimur in puniendo increpatione, reprehensione, correptione, exprobratione, multâ, catenis & compedibus, carcere & captivitate, ergastulo; verberibus, exilio, proscriptione, publicatione bonorum. Velsceleratus à carnifice contumeliosâ morte afficitur, submergitur, suspenditur, lapidatur, decollatur, comburitur. (4) 531.

§. 168. In poenis spectatur severitas, pœnitent, Zelus, crudelitas. (1) 535.

§. 169. Quem autem delicti pudet, pœnitent, qvi innocens est, deprecatur, excusat, ad asyla confugit, ei indulgemus, ignoscimus, condonamus, parcimus, remittimus, impune abit: ei nos lenes, mansuetos & placabiles exhibemus, eique reconciliamur. (5) 536.

PARS

PARS SECUNDA TITULORUM

Theses Titulorum Theologicorum.
§. I.

IN Theologia consideratio nostra à Deo incipiat necesse est, qvi Spiritus à se ipso existens, in essentia unus, in Personis Trinus, Pater, Filius & Spiritus S. competunt ei attributa, est infinitus, æternus. (6) 541.

§. 2. Summè *beatus*, qvam beatitudinem communicat per benignitatem suam. Ex ea profecta omnia opera ejus, ad extra, interdum certæ Personæ appropriata, qvæ per omnipotentiam patrantur significatam per halitum, digitum, brachium Dei. (3) 547.

§. 3. *Creat mundum & res eo contentas*, qvarum egregius ordo, & sunt in usum hominum. Ipse tamen magnus super omnes creaturas. (3) 550.

§. 4. Est *omnipræsens & omniscius*, habet oculos late dispicentes, faciem cuncta intuentem. (3) 553.

§. 5. *Delectatur in operibus suis*, curat ea, præscit omnia & providet rebus non tamen per fatum. Decernit multa de rebus. Sustentat atq; conservat omnia, eaque gubernat summâ cum majestate tanquam Rex in regno suo. (3) 556.

§. 6. *Præcipue amat homines*, format eos in utero, multa exhibit beneficia, auget bona, promittit multa, in quo verax. (6) 559.

§. 7. *Ex terra facit progerminare fruges*, dat benignas tempestates, pacem, quietem, custodi-

D

à malc

à malo per Angelos suos, qvos revereri debemus. (3) 565.

§. 8. *Unicuique specialiter sua dona dat.* Vocat ad certum officium, cumulat bonis animi & corporis, dat sanitatem, sapientiam, gubernat cogitata. (3) 568.

§. 9. *Adjuvat homines infinitâ suâ potentia, benedicit iis, largitur successum, lætitificat, exaudit, ad ordinem naturæ non alligatus sed facit miracula.* (3) 571.

§. 10. *Magna illa dona non offendunt Christianum, iis recte utendum, non abutendum; culpâ nostrâ inutilia fiunt.* Vitam certis metis determinat. (2) 574.

§. 11. *Condidit Deus hominem ad vitam eternam in statu integritatis artificioissime & sapientissime, ita ut sit nobilissima creatura.* Dedit ipsi animam rationem, addidit imaginem suam, ut esset bonus, sanctus, nunquam fuit in statu purorum naturalium, collocavit eum in paradiſo. (3) 576.

§. 12. *Adam autem lapsus est & contraxit peccatum originis, in quo nascimur.* Per peccatum homo valde corruptus & depravatus est, factus servus peccati. Hic est status peccati. (3) 579.

§. 13. *Inscius rerum magnarum, ratio ejus cœca, nullas habet vires in rebus divinis, magna ejus infirmitas, facilis lapsus in errores.* (3) 582.

§. 14. *Recedit à Deo, totus est caro, cogitationes malæ dominantur in ipso, concupiscentia & cupiditates irritant eū ad actiones malas externas, ubi consideranda generatio peccati.* (3) 585.

§. 15. *Sequitur delectationes mundi, carnis, &*

OCU-

oculorum, amat se ipsum, qvi amor præferit hominem Deo, amat honorem proprium, mundum, creaturas, est hypocrita. Maximum peccatum est illud in Spiritum S. (3) 588.

§. 16. Undique peccatorum convincitur; peccamus in juventute, labimur quotidianie, participamus de alienis peccatis. (2) 591.

§. 17. Tentat nos ad peccandum Diabolus, mundus pessimus, caro, Christi gratiosus adventus ad peccandum trahitur. (2) 593.

§. 18. In peccando hominem retinent teneritudo animi, pigritia, securitas, obduratio, pertinacia, neglectio Dei & desertio, excœcatio. (3) 595.

§. 19. Hinc reatum contrahit, magna est turpitudo magnunq[ue] periculum operum carnis, impediunt progressum Christianismi, dant scandala. (2) 598.

§. 20. Offendunt Deum, qvi hostis peccati, irascitur ei, puniit peccata. (2) 600.

§. 21. Maxima inde miseria in hac lacrymarum valle, maledictio divina, mundi vanitas, curarum & laborum multitudo, fortunæ inconstans, præsentis vitæ fugacitas, desperatio, infelix impiorum exitus. (2) 602.

§. 22. Inde etiam mors, novissimum hominis. Hæc interdum præmatura & subitanea, qvam propterea considerare, & ad eam nos præparare, imo desiderare & haud inviti ad eam ire debemus. (4) 604.

§. 23. Multa sunt solatia contra eam & maxime in agone mortis. Post mortem homo separandi. Mortem sequitur status animæ separatae. (2) 608.

§. 24. *Sub finem seculorum tempora erunt pessima, florebit regnum Ante-Christi, tandem omnes creaturæ interiebunt, & consummatio seculi seqvetur.* [3] 610.

§. 25. *Resurgent dein homines & comparebunt coram judicio, ad qvod & Christus veniet, instituens processum judiciale; libros aperiet, rationem exiget, secundum justitiam retribuet. Ad hoc nos parare debemus.* [5] 613.

§. 26. *Reprobi ob incredulitatem conjicientur in infernum, ubi pœnæ gravitas & æternitas, ad quem quotidianie descendendum. Non datur purgatorium.* [4] 618.

§. 27. *His peccantibus, Deus tamen exhibet gratiam suam, est patiens, clemens, misericors, amat pios, nec est tyrannus. Exhibit se ut summum Bonum, summum amorem & pulchritudinem.* [3] 622.

§. 28. *Eligit aliquos ac prædestinat non abso-luto decreto ad vitam æternam, regnum gloriæ, cœnam agni, cœlum.* [5] 625.

§. 29. *Hos glorificat, coronat; erit ibi in enarrabilis gloria & lætitia, visio Dei & Angelorum associatio.* [3] 630.

§. 30. *Seqvetur hoc beatum vita exitum. Cura igitur salutis habendā, omnibusqve votis ex-petendum, ut ad illam perveniamus. In cœlum quotidianie ascendendum.* [2] 633.

§. 31. *Vocavit ad eam beatitudinem gentes, felices qvod conversi ex paganismo. Vocat etiam nos, & sic salutem nostram promovet.* [2] 635.

§. 32. *Fit hoc per verbum, qvod olim quidem per apparitiones & allocutiones manifestatum, hodie*

hodie per revelationem in scriptura proposi-
tum extat , cuius merito insignis auctoritas.
[4] 637.

§. 33. *In ea revelavit se & voluntatem suam*
sanctissimam , doctrinam & mandata Christi,
veramque religionem , cuius servanda puritas.
[3] 641.

§. 34. *Proponit hæc religio patra hominum cum*
Deo in V. & N. Testamentis , legem & Evange-
lium , pandens multa mysteria , ubi ratio vin-
cenda. [5] 644.

§. 35. *Proponitur hac doctrina in Catechismo ,*
Symbolis Apostolico , Augustana confessione ,
Formulâ concordiæ. [1] 649.

§. 36. *Scripturam doctores debent interpretari*
juxta analogiam fidei , & prædicare in cœribus
sacris. [3] 650.

§. 37. *Apud auditores reqviritur studium verbi*
divini , freqventatio templorum , auditio atten-
ta , lectio , crebra interrogatio , vitæ juxta illud
institutio , ut non vivamus secundum bonas
nostras intentiones & traditiones. [3] 653.

§. 38. *Canti & firmi esse debemus in religione ,*
parati ad defensionem fidei & confessionem
publicam. [2] 656.

§. 39. *Per susceptionem verbi separamur ab*
infidelibus. Non enim in omni religione salva-
mūr. Non salvantur Athei , Ethnici colentes
idola , Judæi Talmudi innixi , Mahumedani ,
Naturalistæ solum lumen rationis seqventes ,
cavendum etiam ab hæresi & dogmatibus hete-
rodoxis. A fide desciscunt Apostatae. [4] 658.

§. 40. *Dedit etiam Deus Sacra menta , in V. T.*

circumcisionem, qvæ præfigurabat spiritua-
lem circumcisionem & agnum paschalem. (3)
662.

§. 41. In N. T. *Baptismus* est, in qvo fœdus imi-
tatur, cujusqve crebra debet esse recordatio. Eu-
charistia, ad qvam opus præparatione & scruta-
tione cordis: item devotâ meditatione du-
rante synaxi & post eam, ne indignè de mensâ
Dei participemus. (5) 665.

§. 42. Verbum & Sacraenta proponuntur
in *ecclesia*, in cœtu & gente Dei, ubi communio
cœlestium bonorum, cujusqve magna digni-
tas. (3) 670.

§. 43. *Membra ecclesie* sunt sancti viventes
(Mortui sunt membra triumphantis ecclesiæ)
laici, & clerici. Sunt ibi tres status. (2) 673.

§. 44. *Ministerium verbi* olim administrarunt
Patriarchæ, Prophetæ, Sacerdotes, Levitæ,
Apostoli, Patres, Episcopi, Pontifex, Mo-
nachi. (4) 675.

§. 45. *Ministri ecclesia Lutheranae*, habent in-
terdum adjunctos & adjutores. Confessus
eorum est senatus ecclesiasticus. Hi vocandi,
his manus imponendæ. (2) 679.

§. 46. *Officium Pastorum*: sint fideles, curent
pauperes, disciplinam ecclesiasticam; exerce-
ant censuram, excommunicent, anathemati-
zent, habeant concilia. (3) 681.

§. 47. *In scholis Praeceptoris discipulos erudiunt*.
Reliqui status magistratus & in statu œconomi-
co degentes: (2) 684.

§. 48. *Auditores reverentiam exhibeant Pastoribus*,

bis, dent aliquid, ut olim primitias decimas.
(3) 686.

§. 49. Sacra administrantur in locis *sacris* nulli profanandis. Judæi habuerunt tabernaculum, adyta, arcam foederis: apud nos sunt templo, cœnobia, aræ, calices. (3) 689.

§. 50. Observantur in ecclesia *ceremonia*, ut inter Judæos sacrificia, festa, à quibus diversa festa Christianorum. Ceremoniae sunt interdum adiaphora. (3) 692.

§. 51. Ecclesia hæc est vera, indiget reformatione; quando oriuntur abusus. (2) 695.

§. 52. Deus eam conservat, dat incrementa, excitat fautores, concedit pacem ecclesiasticam, defendit ecclesiam. (2) 697.

§. 53. Nonnunquam *persecutionibus* subjicitur, ut multi fiant martyres. Tunc edenda Apologiae. (4) 699.

§. 54. *Donat Deus nostri causa Christum*, de quo multæ in V. T. promissiones, qui debuit esse homo & Deus, verbum Dei, & & o. (3) 703.

§. 55. Hic amavit nos, incarnatus est, naturæ personaliter unitæ, communicatio idiomatum facta, in humilem statum se detrusit, conceptus, natus. Nomen ejus Iesu. (4) 706.

§. 56. Fuit humillimus, mitissimus, patientissimus, exemplum præbuit hominibus, fuit Propheta, positus in signum contradictionis, rejectus à Judæis atque contemtus, tristitia & doloribus affectus. Passus, vulneratus, sanguinem fudit, deductus ad Calvariam, crucifixus,

fixus, mortuus & sepultus. In paciente Christo
videmus peccata nostra, Dei iram, justitiam,
amorem. (6) 710.

§. 57. Sic multa beneficia nobis exhibuit. Per-
fectam enim præstítit obedientiam, est noster
Sacerdos, mediator, méritum ejus magnum,
satisfecit pro nobis, redemit nos. (3) 716.

§. 58. Emundat nos à peccatis, est medicina
spiritualis, per eum aditus ad Patrem, pii Chri-
sto connexi. Venit enim, ut salvaret homi-
nes, est fons & liber vitae. In passione ergo ejus
lætandum. (2) 719.

§. 59. Hinc seqvitur status majestatis, in quo
descendit ad infernum, resurrexit, adscendit,
sedet ad dextram Dei Patris, fruitur gloria cœ-
lesti, administrat regnum suum, pro nobis in-
tercedit. (3) 721.

§. 60. Homines lapsi cum Deo reconciliandi &
ad vitam æternam renovandi. Multa sunt, qvæ
nos ad Deum trahunt, & conversionem no-
stram promovent. (2) 724.

§. 61. Deus autem hominem duxit, cuius ma-
gnus Zelus in convertendis hominibus. Homo
nihil confert ad conversionem suam transitivè
sumtam, imo habet repugnantiam. Largitur
itaqye gratiam & Spíritum S. dat novas vires,
conversionem expectat; tempus tamen gatia
agnoscendum, actus paedagogici exercendi,
nec pœnitentia differenda. (3) 726.

§. 62. Sic homo à malo recedit, agit pœnitent-
tiā, resurgit spiritualiter dum resipiscit, se
probat, peccata agnoscit, eorū pudore ducitur,
de iis dolet, tristatur, lacrymat, contritionem
sensit, confitetur. (4) 729.

§. 63.

§. 63. Tunc accedit ad Christum , fidem in eum
habet , qvæ licet debilis , non consistit tamen
in sola opinione vel oris confessione , sed in
constantia assensu & fiducia ; solatia Evangelii ad
se trahit , peccata fiducialiter deprecatur , infi-
delitatem fugit . Sic homo regeneratur . (4) 733.

§. 64. Deus dedit potestatem clavium , per qvas
absolvunt homines in terra : ipse remittit pec-
cata . Sic homo justificatur . (3) 737.

§. 65. Hinc *imago Dei* restituitur & Satanæ ab-
oletur , est homini pax cum Deo , in statu gra-
tia ponitur , est gratus Deo , qvi amat eum , est
pater credentium , nos adoptat , efficit filios
Abrahæ , sumus oves ejus . (3) 740.

§. 66. *Dat nobis seipsum* , unimur cum eo , nos
inhabitat , cor nostrum templum Dei . Inde
Spirituale conjugium & amicitia cum Deo . (3)
743.

§. 67. *Ornat nos beneficis spiritualibus* , Spir-
itus S. ungit nos , illuminat , Deus lumen animæ ,
vivificamur , obsignat & reddit nos certos de
salute . Nostri Deus curam gerit , dat benefa-
ctores & amicos , in bono custodit , ut simus
constants . Dat hæreditatem vitæ æternæ .
(3) 746.

§. 68. *Magna sanctorum singularitas* , magna
animæ perfectio , divitiae , nobilitas , pulchritu-
do , magna gloria Christianorum , habent the-
saurum internum . (2) 749.

§. 69. *Habent sensum gratiae & percipiunt*
summum Bonum in anima , lætantur in Deo
& Jesu , delectantur & recreantur in eo , fruun-
tur vera quiete , celebrant sabbathum spiritua-
le ,

le, & solatum internum sentiunt, habent vim
Scripturæ. (3) 751.

§. 70. Totos se voluntati Dei tradunt & com-
mittunt, sunt liberi & domini omnium, sunt
sacerdotes, desiderant res spirituales. (2) 754.

§. 71. Conversionem & regenerationem se-
qvitur *Renovatio* & qvotidiana pœnitentia. Hæc
est verus Christianismus, virtus, pietas, probi-
tas, pia vita, qvando Christo vivimus, in exer-
citio Bonorum Operum stamus, peccata fugi-
mus, impietatem evitamus: inde comparatio
piorum & impiorum. (3) 756.

§. 72. Practiuntur *Bona Opera* à voluntate Dei
in Decalogo proposita, unde oritur obedientia
Deo debita, officium hominis; qvod vita
Christianæ servitus. Modus juxta quem est
imitatio vitæ Christi, qvi via & finis vitæ san-
ctæ. (3) 759.

§. 73. *Instigat nos præterea conscientia*, Christus
internè monens homines per allocutionem, ra-
tio exigenda, ubi Deus non habebit respectum
personarum. Per vitam Christiano homini min-
convenienter actam Christus abnegatur. (3) 762

§. 74. Jam oritur *propositum bene agendi*, seqvun-
tur fructus pœnitentiæ, exercitium fidei, ex
qvo hominis sanctitas. (2) 765.

§. 75. Consideranda hic *potentia Christianorum*,
adjuvat Spiritus S. sanctificans, ex corde proce-
dere debent & sinceritate absq; hypocrisi. (3) 767

§. 76. Debent fieri in *prudentia*, *sapiencia*, *doc-
litate* Christiana, zelo divino, tempus rite obser-
vandum, in vera humiliatione, pauperie, despe-
ratione de nobis ipsis, fugiendo superbiæ spiri-
tua-

tualem & Deo honorem relinqvendo. Qvotidie
in iis proficiendum , vigilandum & securitas
fugienda. (3) 770.

§. 77. In homine præterea reqviritur *cognitio*
fui ipsius & consideratio status sui , examen sui ;
divertendum in se ipsum , meditatio sit spiritua-
lis, cogitationes recte gubernentur , gestibus &
membris recte utendum. (3) 773.

§. 78. Et qvia *peccatum adhuc in carne nostra* ,
qvaæ nos tentat , unde pugna carnis & spiritus ,
virtutis & vitii , committimusqve peccata infir-
mitatis : propterea vetus homo mortificandus ,
domandus , continendus . Debemus nos ab-
negare. Qvædam peccata piorum sunt venia-
lia. (3) 776.

§. 79. *Non sunt bona opera molesta & difficilia* ,
placent Deo , differunt ab operibus Ethnico-
rum , non sunt perfecta , opera supererogatio-
nis præstare nemo potest. (2) 779.

§. 80. Homo regenitus in fide & Bonis Operi-
bus incedens est *nova creatura* , novus homo , qvi
antea vetus erat , ex iis agnoscitur Christianus .
Oritur inde bona conscientia , cuius oppositum
pavores conscientiæ. (2) 781.

§. 81. *Deo honor & cultus exhibendus* , cui adver-
satur supersticio , idolatria , sanctorum invo-
catio. (3) 783.

§. 82. *Deus solus amandus* , in eum sperandum ,
fidendum , qvia refugium certissimum . Timend⁹
nec tentandus , absit contemtus Dei. (4) 786.

§. 83. *Nomen ejus sanctificandum* . Fit hoc
laude Dei , gratiarum actione , precibus ,
qvaæ collœquium animæ cum Deo , sacrificia

Chri-

Christianorum. Sunt precatio Dominica, Litania. In his reqviritur devotio, precum conjunctio. [3] 790.

§. 84. Sanctificatio porro fit per vota & jura-
menta. Ei adversatur blasphemia, magia. Reli-
gio publica exercetur in sabbato. [3] 793.

§. 85. Christiani sibi invicem ad *mutua officia*
adstricti, proximus charitate proseqvendus,
non odio. Hostes etiam amandi. [3] 796.

§. 86. *Proximus* nobis *major, honorandus* ab infe-
riore: magistratus à subditis, dominus à servis,
parentes à liberis. [3] 799.

§. 87. Erga omnes simus *humani*, benevoli,
amicitiam colentes. Favor tamen & amicitia
mundana non nimis appetenda. Qvando in-
cidunt lites, seditio, bellum, paci & concordiae
studendum, reconciliatio tentanda. [3] 802.

§. 88. In ira simus *mansi*, longanimes. In
injuriis offensas debemus condonare, non vin-
dicare, non esse crudeles, perseQUI proximum,
occidere. Proximus peccans corripiendus,
emendandus, ædificandus. [3] 805.

§. 89. *Abstinere* debemus à *voluptatibus*, non se-
ctandum gaudium mundanum. Fugienda adul-
teria; & contra servanda castitas in virginitate,
matrimonio, viduitate. [3] 808.

§. 90. Cavendum ab ebrietate, ut simus sobrii,
temperantes, jejunantes interdum. [2] 811.

§. 91. Rebus terrenis legitime utendum, in labo-
ribus & negotiis simus diligentes, iustitiam,
& qvitatem & candorem colentes, se Etemur par-
simonia, damna caveamus. [3] 813.

§. 92. Contenti simus *presentibus*, terrena con-
tem-

temnenda, mundus vincendus, hæreditas nostra non in mundo, sumus peregrini. Nimia sollicitudo ergo cavenda, ne sumus avari, furantes, dona capientes, invidi. [3] 816.

§. 93. In necessitatibus corporalibus proximo succurrendum, sumus misericordes, liberales, elemosynas dantes, pro qvibus opus gratiarum actione. [3] 819.

§. 94. Honoris etiam & bone fama studium aliquod conceditur, modo illud modestia moderetur. Itaque moderamen linguae adhibendum, dicenda vera, colloquia sint pia, non dicendæ obtrectationes, calumniæ, mendacia: potius tacendum. [3] 822.

§. 95. Alias honor & gloria mundana contemnenda, fugienda superbia. Omnis tandem concupiscentia aversanda. [3] 825.

§. 96. Hi christiani affliti & arumnoſi ſaþe ſunt, & in magna miseria & cruce versantur. Tentantur, in infernum spiritualem descendant; hinc eorum triftitia. [4] 828.

§. 97. Calamitates, qvibus premuntur, ſunt interdum publicæ, ut tempeſtates, inundationes, annonæ caritas, bellum, pestis. [3] 832.

§. 98. Oppugnamur ab inimicis, persecutoribus, insidiis Diabolicis, ſpectris. Diabolus in obſeffis furit. [3] 835.

§. 99. Miferi ſumus ob multitudinem laborum, paupertatem, amissionem bonorum, pericula, morbos, mortem. Miferia etiam in divitiis, honoribus. [2] 838.

§. 100. Tandem tentamur de gratia Dei & remis-

missione peccatorum, contemtu piorum, felicitate impiorum, qvidam absqve causa anguntur. (3) 840.

§. 101. Ferendæ tentationes in *patientia Christiana*, qvam efficit Dei veritas; amore poenæ. Christiani sunt milites: fortiter itaqve Satanae resistant, vincant eum; preces fundant, ut Deus poenas laxet. (4) 843.

§. 102. Solatur nos in adversis, qvod sint jugum Christi, Deus immittat infortunia, qvi in infligendâ poenâ etiam amat. Magna temptationum utilitas, crucis felicitas: tentationes Dei ad bonum, probatur spes. Interdum tamen sunt poenæ. (3) 847.

§. 103. Solatur præterea *præsentia Dei*, promitudo ad nos juvandos, consolandos, latifundandos. Ipse fert auxilium, ex miseriis eripit, liberat, licet interdum auxilium differat. In fine liberat per beatum exitum, qvem sequentur præmia. (3) 850.

Cui series Titulorum horum Theologicorum prolixior videtur, poterit titulos illos ad paucos sequentes, ad Phrases in præmis excerptandas utiles revocare. Paginarum, quibus tituli destinantur, sunt. 140.

- [1] Deus, cui titulo tribuantur paginae. 6.
- [2] creatio 4. [3] Angelus 5. [4] Status integritatis 2. [5] lapsus 3. [6] consummatio seculi 2. [7] resurrectio 2. [8] vita æterna 3. [9] infernus 3. [10] vocatio hominum 2. [11] Verbum Dei 3. [12] religiones 8. [13] Dii gentilium 6. [14] Ecclesia 1. [15] Sacerdotes 3. [16] templa 3. [17] Festa 4. [18] Ceremoniæ 8. [19] Chri-

Christus 4. [20] Passio Christi 4. [21] satisfactio
Christi 3. [22] status exaltationis 2. [23] con-
versio hominis 4. [24] nova creatura 3. [25]
Donom Spiritus S. 4. [26] Fides in Christum 3.
[27] status gratiae 3. [28] Pietas Christianorum
5. [29] imitatio vitæ Christi 2. [30] humilitas
Christianæ 3. [31] abnegatio sui ipsius 3. [32]
lucta carnis & spiritus 2. [33] amor Dei 6. [34]
preces 6 [35] amor proximi 4. [36] crux Chri-
stianorum 3. [37] tentationes 3. [38] consola-
tiones 5.

Specimen artis Methodicè
excep*p*endi

five

Tituli excerptorum illustrati ex Historiâ
Timoleontis, Celeberrimi Corinthiorum
& Syracusanorum Ducis, à Corne-
lio Nepote descriptâ.

§.ii. Titulorum Philosophicorum extat titulus
MEMORIA. Inveni jam in vita Timoleontis à
Nepote descripta , qvæ est numero vigesima ,
aliqvid , qvod sub hunc titulum **M E M O R I A**
possit referri. Sic jam in posterum Deo adju-
vante progrediar , ut primum indicem thesin
tituli , sub qvo aliqvid excerptendum : deinde
titulum ipsum thesi indicatâ comprehensum ,
cui excerpta sunt subjicienda. Porro bre-
viter significabo , qvomodo res **excep**enda se
ad

ad titulum propositum habeat. Hæcce sequentur ipsa ex auctore excerpta. Claudam indicationem capitum & paragraphi, ubi excerpta continentur. Prior numerus caput, posterior paragraphum indicabit. In auctore jam invenio, objectum aliquod memoriae sive rem, cuius memoria sit conservanda. Est ea **BENEFICIUM**. Memoria igitur beneficiorum conservanda. Sic Timoleon ejus benignitatis, quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adjuti fuerunt, memoriam volebat extare, nolens interficere Dionysium, C. II, 2.

§. 12. Exstat titulus **CASUS**. Adjunctum: variis casus accidentunt viris magnis. Sic Timoleonti contigit, quod nescio an ulli contigerit, ut patriam à tyranno oppressam liberaret & à Syracusis inveteratam servitutem depelleret. C. I, 1. Sic etiam ad Timoleontis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam prælia maxima natali die suo fecit omnia. C. V, 1.

§. 45. **COECITAS**. Causa cœcitatis senectus, non semper morbus. Sic Timol. cum ætate jam prosector esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. 4, 1.

§. 51. **NATALIS**. Adjunctum. Natalis interdum variis casibus magnorum hominum illustratur. Sic Timoleon prælia maxima natali die suo fecit omnia. 5, 1. Consequevens natalis cultus. Sic quia Timoleon natali die suo prælia maxima fecerat omnia, ejus diem natalem festum habuit universa Sicilia. 5, 1.

§. 59. **SENECTUS**. Consequevens senectutis cœci-

cœcitas. Tim. cum ætate jam proiectus esset,
lumina oculorum sine ullo morbo amisit. 4, 1.

§. 66. INTERRUPTIO sive Impeditio.
Objectum impeditioñis sive quodnam impedi-
endum? Resp. ne malis quis succurrat, qvan-
do supplium de illis sumendum. Sic Tim.
dum frater interficeretur procul in præsidio
fuit, ne quis satelles posset succurrere. 1, 4.

§. 66. RES GESTÆ. Rerum præclare ge-
starum sive gerendarum causæ sive incitamen-
ta sunt consilia prudentum. Syracusis nulla
res gesta est publica, de qua prius sit decretum,
quam Timol. sententia cognita. 3, 5. Adjunc-
tum Varia fortuna: Sic Tim. in rebus suis præ-
claris non simplici fortunâ conflictatus est. 1, 2.
Conseqvens non semper laus: Præclarissimum
Timol. factum non pari modo probatum est ab
omnibus. Nonnulli enim læsam ab eo pietä-
tem putabant. 1, 5. Aliqvando Calumniæ:
Demænetus in concione populi de rebus gestis
Tim. detraxit. 5, 3.

§. 68. VIRTUS. Adjunctum virtutis mira-
biles casus, ad excellentem bonitatem Timol.
accesserunt mirabiles casus. Nam prælia maxi-
ma natali die suo fecit omnia. 5, 1.

§. 69. HYPOCRISIS. Conseqv. Hypocri-
seos: tandem innotescit. Sic Hicetam ad-
versatum esse Dionysio non odio tyrannidis
sed cupiditate indicio fuit, quod ipse expulso
Dionysio imperium dimittere noluit 2, 3. aliud
conseqv. Hypocrisis punitur. Sic Hicetam su-
peravit Timoleon. 2, 4.

§. 73. LEX. Adjunctum legum : libertas.
Quando enim leges in rep. Democratica obseruantur, id libertatis indicium est. Sic Tim. dixit, speciem libertatis esse, si omnibus, qvod quisque vellet, legibus experiri liceret. 5, 2. Consequev. amantur. Tim. satius duxit patriæ legibus obtemperare, quam imperare patriæ. 1, 3. Aliud consequev. Quidam magnos labores summaqve adiit pericula, ut Lamestio cæterisqve liceret, si cum aliquo lege agere vellent, ei vadimonium imponere. 5, 2.

§. 75. CONSILIU M. Consequev. consilia prudenter magnifiunt. Timoleontis consilio nullius non modo antelatum consilium sed ne comparatum quidem est. Neque id magis benevolentia factum quam prudentia. 3, 6.

§. 77. INVIDIA. Subjectum, cui accedit invidia est laus sive homines laudem promeriti: sic homines, qvod factum Timol. attinet, invidia laudem virtutis obtinebant. 1, 5.

§. 78. DIVITIÆ. Ulus sive Effectus divitiarum: possimus iis juvare alios. Sic Corinthii utrorumqve Dionysiorum opibus saepe adjuti fuerunt. 2, 2.

Eadem: FORTUNA SECUNDA. Essentia Fortunæ sive quid sit Fortuna? Est nihil aliud quam providentia divina multis bonis hominem quendam praæ cæteris hominibus exornans. Agnovit id Timoleon, qui, cum nihil sine Deorum Numine agi putaret, suæ domi sacellum ætiquarias (casus sive fortunæ) constituit idque sanctissime coluit. 4, 4. Species for-

fortunæ: Regem è regno depellere. Timol.
Dionysium incredibili felicitate tota Sicilia de-
pulit. 2, 1. Adjunctum fortunæ: mutabilitas.
Corinthi non solum auribus accipiebatur sed
& oculis cernebatur (in Dionysio) qvem &
ex quanto regno ad quam fortunam Timoleon
detrusisset. 2, 2. Sic etiam Timol. satis habere
coegerit Carthaginenses, si liceret Africam obti-
nere, qvi jam complures annos possessionem
Siciliæ tenebant. 2, 4.

§. 83. VEHI. Causa, qvare vehamur? ju-
mentis junctis vehimur ob morbos. Sic Tim.
in theatrum, cum ibi concilium populi habe-
retur, propter valetudinem vectus jumentis
junctis veniebat. 4, 2.

§. 100. GRATITUDO. Proprium Grati-
tudinis: Benefactorem & benefactoris cognata-
tum vivum conservare. Sic Timol. cum inter-
ficere Dionysium posset, noluit; tutoque ut
Corinthum perveniret, effecit: qvod utro-
rumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe
adjuti fuerunt. Cujus benignitatis memoriam
volet extare. 2, 2.

§. 102. HONOR. Causa honoris: res gestæ,
si qvis patriam liberet à Tyranno & invetera-
tam servitutem ab alio depellat, ut Tim. à Sy-
racusis. 1, 1. Adjunctum honoris: magnitudo,
qvæ oritur à causa efficiente honorem, si ho-
norantes sunt viri clari, si eorum sunt multi;
qvemadmodum Timol. vir magnus extitit o-
mnium iudicio. 1, 1.

§. 103. AMARE. Causa amoris: studium ei-

acqvirendo impensum. Studendum, ut homines nos aiment. Sic Timol. maluit se diligi qvam metui. 3, 4. Effectus amoris: delatio obseqvii. Timoleon tantum habebat amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret. 3, 4.

§. 106. ORATIO. Locus orationis sive unde oratio tanquam è cathedra haberetur, aliquando fuit vehiculum. Timol. in concilio populi de vehiculo, qvæ videbantur, dicebat. 4, 2.

§. 111. IMPERIUM. Causa imperii: ad imperium occupandum homines exstimulant opes, potentia, amor populorum. Interdum tamen modestia vincit has incitationes, ut videre est in Timoleonte: qvi cum tantis esset opibus, ut etiam invitatis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret, maluit se diligi qvam metui. 3, 4. Causa item imperii est benevolentia. Qvibus enim favemus & qvi nobis favere putantur, illis libenter obseqvium præstamus. Sic Timol. qvod cæteri Reges imperio, ipse benevolentia tenuit.

3, 5.

§. 113. SALUS PUBLICA. Conseqvens: Anteferenda saluti nostrorum. Timoleon antetulit civium libertatem fratri saluti. 1, 3.

§. 114. REGNUM. Conseqv. appetitur, interdum negligitur. Regnum neglectum à Timol. qvi cum particeps regni posset esse, antetulit civium suorum libertatem fratri saluti.

ti. 1, 3. Amittitur regnum: Dionysius ex magno regno ad miseram fortunam detrudebatur. 2, 2.

Eadem. DEMOCRATIA. Conseqv. Democratio in liberis rebus p. servanda: Timolafatius duxit patriæ legibus obtemperare qvam imperare patriæ. 1, 3.

§. 115. ABUSUS POTENTIÆ. Subjectum abusus potentia sive qui abutantur potentia sunt Duxes. Sic Timophanes Dux à Corinthiis electus tyrannidem per milites mercenarios occupavit. 1, 3.

Eadem. TYRANNUS. Causa Tyrannidis sive adjumentum in tyrannide occupanda: milites mercenarii. Timophanes per milites mercenarios tyrannidem occupavit. 1, 3. Conseqvens Tyrannidis; A tyrannis patria liberanda, ut Timoleon fecit. 1, 1. Effectus Tyrannorum: Violentia. Opprimunt etiam patriam, ut Timophanes frater Timoleontis. 1, 1.

§. 119. URBS. Causa urbis incolæ. Qværitur, incolæ qvando deficiunt, unde petendi? Resp. ex eadem regione vel à populis cognatis. Sic Timoleon conquisivit, qvos potuit, pri-mum Siculos; deinde Corintho arcessivit colo-nos, qvod ab his Syracusæ initio erant condi-tæ. 3, 1. Causa etiam qvæsi civitatum est, qui eas recreat & in bono statu constituit. Fit hoc, qvando civibus veteribus sua restituuntur, no-vis bello vacuefactæ possessiones dividuntur, urbium mœnia disjecta fanaqve reficiuntur, ci-vitatibus leges libertasqve redditur, otium

(pax) illis conciliatur, ut Timoleon fecit.
3, 3.

Eadem. ARX. Usus Arcium: sunt ad urbes obfidendas & in metu retinendas. Sic Dionysius Syracusis muniit arcem ad urbem obfidendam. 3, 3.

6. 12. 4. MATER. Adjunctum Matrum: oderunt eos, qui liberos ipsarum damnis afficiunt. Sic mater Tim. postquam is fratrem Tyrannum interficiendum curaverat, neque domum ad se eum admisit, neque adspexit, quin eum fraticidam impiumque detestans compellaret. 1, 5.

Eadem. FRATER. Consequev. fratrum salus curanda, interdum etiam post habenda, quando sunt oppressores patriæ. Tim. suorum civium libertatem antetulit fratris saluti. 1, 3.

6. 12. 5. PIETAS IN FRATRES. Consequev. Pietas observanda. Non laeditur, quando quis fratrem, in patriam peccantem, supplicio afficit; ut nonnulli putabant, pietatem esse lasam à Timoleonte, qui fratrem Tyranum interficiendum curaverat. 1, 5.

6. 12. 7. LIBERTAS. Adjunctum libertatis: non omni lege exempta est. Sic Timoleon putavit speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. 1, 2.

6. 12. 8. ADVERSARIUS. Causa inimicitiae: invidia. Sic adversantur quidam alteri non odio vitiorum ejus, sed quod ipsi conditio-

(REQ)

tionem illius sibi exoptent. Ita Hicetam non odio Tyrannidis adversatum esse Dionysio sed cupiditate indicio fuit, qvod ipse, expulso Dionysio imperium dimittere noluit. 2, 3.

§. 130. *LAUS.* Objectum laudis sive res, cui laus defertur non semper factum præclarum. Præclarissimum enim Tim. factum non pari modo probatum est ab omnibus. 1, 5. Adjunctum: qvando laudamur, Deo à nobis gratiae agendæ. Sic Tim. cum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam se ea re maximas Diis gratias agere atque habere, qvod cum Siciliam recreare constituerent, tum se potissimum Ducem esse voluerent. 4, 3. Conseqvens laudis: invidia. Nonnulli laudem virtutis (cujus specimen Tim. ediderat) invidia obtinebant. 1, 5.

Eadem. *AUCTORITAS.* Conseqvens Auctoritatis: Ejus qvi auctoritatem habet, sententia præ cæteris exqviritur. Sic Syracusis nulla res gesta est publica, de qua prius fit decreta, quam Timol. sententia cognita. 3, 5.

Eadem. *SEPULTURA.* Adjunctum: magna freqventia hominum funus interdum comitur. Sic Tim. tota celebrante Sicilia sepultus est. 5, 4. Locus sepulturæ honestus. Tim. publicè à Syracusanis in Gymnasio, qvod Timoleontiam appellatur, sepultus est. 5, 4.

§. 131. *MODESTIA.* Esteptus modestiæ: movet nos, ut imperium deponamus. Sic Timoleon, cum primum potuit, imperium depositus & privatus Syracusis, qvod reliquum vitæ fuit, vixit. 3, 4. movet etiam nos, ut abstineamus

mus à jactantia. Ex Tim, ore nihil unquam ne-
que insolens neque gloriosum exiit. 4, 2, movet
porro, ut ob præclare à nobis facta Deo gratias
agamus. Sic Tim, cum suas laudes audiret præ-
dicari, nunquam aliud dixit, quam se ea re ma-
ximas Diis gratias agere atque habere, quod
cum Siciliam recreare constituerent, tum se po-
tissimum Ducem esse voluissent. 4, 3.

Eadem, *SUPERBIA*. Species superbiæ
non est, quicquid singulare interdum in viris
magnis reperitur. Sic quod Tim, in theatro,
cum ibi concilium populi haberetur, de vehi-
culo, quæ videbantur, dicebat, hoc nemo illi
tribuebat superbiæ. 4, 2.

§. 132. *CALUMNIARI*. Objectum ca-
lumniarum; Viri magni calumniis non exempti.
Sic Demænetus in concione populi de rebus
gestis Tim, detraxit ac nonnulla inventus est in
illum. 5, 3.

§. 150. *FORTUNA ADVERSA*. Con-
seqvens fortunæ adversæ aliud infortunium.
Cives crudeli unius imperio liberati alterius sæ-
vitiaz se submittere coguntur. Dione Syracusis
interfecto Dionysius rursus Syracusarum potitus
est. 2, 1.

Eadem, *CALAMITAS*. Conseqv. movent
calamitates Deum, ut liberatorem mittat. Sic
cum Deus Siciliam recreare constitueret; Ti-
moleontem potissimum Ducem esse voluit. 4, 3.
Effectus: Calamitates domesticæ curam reip.
non tollunt apud multos. Etiam si Tim, lumina
oculorum amiserat, nihilominus privatis publi-
cisq; rebus interfuit. 4, 1.

§. 152.

§. 152. *MORBUS.* Effectus sive incommoda adversæ valetudinis : non possumus ire , qvo volumus. Tim. cum lumina oculorum amississet , veniebat in theatrum , cum ibi concilium populi haberetur , jumentis junctis ve-
tus. 4, 2.

§. 155. *BELLUM.* Causæ excitantes bella ; Barbari . Sicilia oppressa erat à Barbaris. 1, 1. Effectus belli ; urbes , regiones deseruntur . Sic Timol. propter diuturnitatem belli non solum regiones sed etiam urbes desertas vidit. 3, 1.

§. 156. *DUX.* Causa . Qværitur , unde Duces petendi ? Resp. ab amicis . Adversarii Dionysii à Corinthiis ducem , qvo in bello ute-
rentur , postularunt. 2, 1.

§. 159. *VICTORIA.* Adjunctum Victo-
riæ : Clementia . Tim. eam præclaram victo-
riam ducebant , in qva plus esset clementiæ qvam crudelitatis. 2, 2. Conseqvens : una victoria seqvitur aliam . Tim. Hic età superato maxi-
mas copias Carthaginensium fugavit. 2, 4.

§. 160. *QVERI.* Causæ qverelarum non semper sunt calamitates . Tim. amissionem oculorum ita moderate tulit , ut neqve eum qverentem quisqvam audierit. 4, 1.

§. 161. *TOLERANTIA.* Conseq. im-
pedit qverelas . Tim. calamitatem (oculorum omissionem) ita moderate tulit , ut neqve eum qverentem quisqvam audierit. 4, 1.

§. 162. *ADESSE ALICUI* scil. opere sua ; id est opitulari , auxiliari . Objectum auxilii : Miseri , sive miseris est succurrendum . Sic

E s

Co.

Corinthii Timoleontem Syracusis auxilio misserunt. I, 1. Non succurrendum maleferiatis. Tim. dum frater occideretur, procul in praesidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. I, 4.

Eadem. *LIBERARE*. Effectus sive opus sive officium Liberatorum regionis est, regionem multos annos bello vexatam suo adventu in pristinum restituere. I, 1. Arces ad obsidendas urbes factas à fundamentis disjicere, tyrannidis propugnacula demoliri; dare operari, ut quam minimè multa vestigia servitutis maneant, ut fecit Timoleon. 3, 3.

§. 163. *SCELUS*. Causæ & adjutores scelerum in damna incidunt. Mamercus Italicus Dux homo bellicosus & potens, qui Tyrannos adjutum in Siciliam venerat, captus à Tim. 2, 4. Adjunctum scelerum: socii. Societas autem sceleris cavenda. Sic Tim. cum particeps regni esse posset, absfuit à societate sceleris. I, 3.

Eadem. *PETULANTIA*. Consequevuntur petulantia impeditur. Cum Lamestius Tim. vadimonium vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret, complures concurrebant, qui procacitatem hominis coercere manibus conabantur. 5, 2. Effectus: petulantibus opponunt se viris magnis. Lamestius homo petulans & ingratus Tim. volebat vadimonium imponere, quod cum illo se lege agere diceret. 5, 2.

§. 164.

§. 164. *ODIUM*. Effectus odii: Aversatio, fuga hominis exosi, convicia. Mater timole postquam ipse fratrem occidendum curaverat, neque domum ad se filium admisit; neque adspexit, quin eum fraticidam impiumque detestans compellaret. 1, 5.

Eadem. *JUDICIA*. Locus judiciorum Syracusis theatrum; in quod veniebat Timoleon, cum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis.

4, 2.

§. 165. *ACCUSATUR*. Adjuncta Accusatorum: sunt interdum homines petulantes & ingratiani. Sic Lamestius homo petulans & ingratus Tim. volebat vadimonium imponere, quod cum illo se lege agere diceret. 5, 2.

§. 166. *POENA*. Causa supplicii sive per quem supplicium exercendum sit? tutius quis poenam sumit per alios, quam ut ipse poenam exerceat. Tim. fratrem tyrannum per haruspicem communem affinem interficiendum curavit. 1, 4.

§. 168. *CRUDELITAS*. Subjectum crudelitatis: sive crudelitas de iis dicitur, qui ipsi aliis manus inferunt. Tim. non modo, cum frater tyrannis occideretur, manus non attulit, sed ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit. 1, 4.

§. 169.

§. 169. *MANSUETUDO.* Species mansuetudinis, quando, qvi occidi potest, dimititur. Sic timoleon, cum interficere Dionysium posset, noluit: tutoque ut Corinthum perveniret, effecit. 2, 2.

Pauca sequentia ex vita Timoleontis excerpta etiam ad titulos Theologicos referri possunt.

§. 5. *PROVIDENTIA.* Ab Ethniciis etiam providentia agnita. Sic timoleon nihil rerum humanarum sine Deorum numine agi putabat. Itaque domi suæ facellum *autopatias* (casus sive fortunæ) constituerat, idque sanctissime colebat. 4, 4.

§. 43. *CLERICI.* Homines circa sacra occupati magni siebant apud Ethnicos, siquidem viri Principes iis filias in matrimonium dabant. Sic Haruspex affinis fuit Timophanis & Timoleontis. 1, 4.

§. 49. *TEMPLA.* Finis templorum: Providentiae & beneficiorum divinorum celebratio. Qvia timoleon nihil rerum humanarum sine Deorum numine agi putabat, domi suæ facellum *autopatias* constituerat, idque sanctissime colebat. 4, 4.

§. 50. *FESTA.* Finis festorum: Ethnici instituerunt festa in memoriam beneficiorum sibi

sibi per virum qvendam à Deo exhibitorum.
Sic cum Deus in recreanda Sicilia timoleonte
Duce uti voluisset, isqve prælia maxima natali
die suo fecisset omnia, universa Sicilia diem
ejus natalem festum habebat. 5, 1.

§. 83. GRATIARUM ACTIO. Gratias
Deo agamus, qvando laudamur, qvod
ansam suppeditare voluerit virtutis exer-
cendæ. Sic Timol. cum suas laudes audi-
ret prædicari, nunquam aliud dixit, qvam
se ea re maximas Diis gratias agere atq;
habere, qvod cum Siciliam recreare con-
stituissent, tum se potissimum Ducem es-
se voluissent. 4, 3.

Eadem thesi occurrit titulus PRECES.
Objectum precum: res, qvas acturi su-
mus, precibus Deo commendare debe-
mus. Cum Demænetus in concione po-
puli de rebus gestis Timoleontis detra-
heret, dixit ipse Timoleon, se hæc à Diis
immortalibus semper precatum, ut ta-
lēm libertatem restituerent, &c. vide mox
seqventia. Conseqvens Precum: preces
exaudiuntur. Timoleon dixit, cum De-
mænetus non nulla invehernetur in ipsum:
nunc demum se voti esse damnatum.

Nam-

Namque hæc à Diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua cuivis licet, de quo vellet, impune dicere.

SOLI DEO GLORIA.



ERRATA.

§. 8. lin. ult. lege amittantur. §. 14. lin. II. post
Obliquis pon. comma. §. 24. lin. 14. post clasicis
pon. parandis. In Parte prima Titul. §. 17. lin. ult.
lege similes. §. 39. lin. 3. pro ovis lege vacca. §. 93.
lin. 3. lege exprimunt. §. 98. lin. 2. lege bibliopega.
§. 103. animal vertentes. §. 115. imperantibus. §. 148.
enrus. §. 149. lin. 6. morbis. §. 168. deleatur vox
penitentia. In parte secunda Titulorum. §. II. lin. 4.
lege rationalem. §. 24. lin. 2. Anti-Christi. lin. 3. in-
teribunt. §. 61. lege dicit. In Specimine artis
excerpendi. §. 66. lin. 4. supplicium. §. 73. lin. 9.
post labores, inserantur hæ voces: adeunt, ut
leges serventur. Sic Tim. maximos labores. §. 130.
ad quam pertinet SEPULTUKA lin. ult. Timo-
leontium. §. 165. ACCUSATOR. §. 168. lin. 4.
Tyrannus. Distinctiones etiam & interpunctio-
nes variis in locis minus accurate positæ sunt:
sed longum esset omnia ejusmodi notare.


ATLAS

AB:58 524



56.

Farbkarte #13



Ars Excerptendi nova prorsus
ratione exulta,

Sistens
Titulos Philosophicos & Theologicos
ad

EXCERPTA METHODICA

conficienda necessarios,
in certas Theses ita distributos,
ut omnes res tam Phyficales quam Morales,
tam Politicæ quam Theologicæ,
de quibus inter homines sermones habentur, sub iis
locum inveniant;

Naturaliꝝ ordine inter se connexos eum in
finem, ut perlegens ipsos locum uniuscujusque titu-
luli facillimè memoriae imprimere, thesibus titulo-
rum in excerptis suis certas paginas tribuere, iis-
demqve res notatu dignas absqve tædio
atqve indicis ope subjicere
posit:

*Diu à multis eruditio[n]e claris viris expectatos
atq[ue] desideratos,*

Nunc vero Benevolo Lectorum judicio propositos
Auctore

JOH. FRIDERICO HODANNO.

*Additur vita Timoleontis à Corn. Nepote descripta, juxta
Methodum hanc in excerpta redacta.*

BRUNSVIGÆ,
Literis HENRICI KESLERI, 1702.